MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA

LAINII MONUMENTA

Diego Lainez

LAINII MONUMENTA

EPISTOLAE ET ACTA

PATRIS JACOBI LAINII

SECUNDI PRAEPOSITI GENERALIS

SOCIETATIS JESU

EX AUTOGRAPHIS, ORIGINALIBUS, VEL REGESTIS
POTISSIMUM DEPROMPTA
A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS
EDITA

TOMUS QUARTUS

1558-1560



MATRITI
TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO
via S. Bernardi, 92
1915

APPROBATIONES HUJUS OPERIS

NIHIL OBSTAT
P. FRIDERICUS CERVÓS, S. J.
Cens. eccles.

IMPRIMI POTEST
P. JOSEPHUS M. VALERA, S. J.
Praep. prov. toletan.

IMPRIMATUR
✠ JOSEPHUS MARIA
Episc. matriten.-compluten.

PRAEFATIO

Quae de numero et inscriptione epistolarum, de earumdem lingua, selectione atque origine, in praecedentis voluminis praefatione diximus, ea quoque nunc dicta esse intelligantur. Scriptae autem sunt epistolae omnes, quae hoc volumine quarto continentur, a mense Decembri anni 1558 ad Martium anni 1560. Jam de personis ac rebus, quas illae attingunt, pauca delibabimus, scilicet, de Lainio ipso, de Societate, de quibusdam externis, quae, licet non directe, hic tamen attinguntur.

I.—DE HIS QUAE AD LAINIUM PERTINENT

Utque ab his, quae Lainio ipsi sunt maxime propria, initium sumamus, commemoranda est in primis libertas illa atque auctoritas sane egregia, qua quidem, humilis quum esset religiosus, nobiles quosque, viros et foeminas, propria illorum officia ob oculos ponens, ad ea observanda comiter simul et graviter excitat. Sic Joannam Aragoniam, ducissam de Tagliacozzo, Ascanii Columnae uxorem, alloquitur (1046) [1]; Mariam Frassonam del Gesso, primarii ministri ducis Ferrariae uxorem (1097); etiam Joannem de la Cerda, ducem Methymnae coeli, ac Siciliae proregem (1224); denique praeclarum illum granatensem archiepiscopum, Petrum Guerrero (1231). Quam quidem auctoritatem quum omnes, praesertim romani, diu perspectam haberent, mirum non est frequenter eos ad Lainium accessisse, ut et consilio ipsius et

[1] Numeri, uncinis clausi, epistolarum allegatarum numeros indicant.

patrocinio uterentur: adeo ut Polancus ad universam scribens Societatem (1262), haec dicere non dubitaverit. «Nuestro Padre general... está quasi in continuo motu de occupationes diuersas; porque sin las ordinarias de su cargo, y las extraordinarias que tocan al assiento de las cosas de la Compañía encomendadas por la congregación, como son officios y reglas etc. (para lo qual quasi cada día tiene congregación con los assistentes), como es tan conocido, y se sabe que tiene autoridad, acuden á él muchos de fuera de la Compañía, quién para que ayude á estoruar scándalos, como desafíos y enemistades, quién para ser fauoresçido en las necessidades temporales, quién para consolarse y aconsejarse en las necessidades spirituales, quién para otros diuersos officios píos, en los quales entiende, parte por sí, parte por otros de casa.» Hinc etiam effectum videtur illud, quod, quum Patres purpurati, novum totius ecclesiae praesulem electuri, in conclavi jam essent inclusi, Truchsessius, augustanus cardinalis, repente ad eum in haec verba scripserit: «Faccio a sapere V. P. come io mi trouo grauato molto in mia conscientia, et non lo vorrei communicare senon con lei, nella quale ho spetiale confidentia. Per questo in nomine del signor Jesù la ricerco hoggi, a 21 hora, vengi qua nel conclaue, acciochè io possi confessarmi con lei, et purgar mia conscientia, et consigliare con lei, nel mio tanto bisogno... Prego V. P. non mi manchi, et me consoli in questo mio affanno...» etc. (1267). Jam, utrum privato tantum scrupulo motus cardinalis, an altiori fine ad conclave Lainium advocaverit, ex epistola certe non constat. At quae ibi a nobis citantur sat clare ostendere videntur, aliud Truchsessium quam peccata sua Lainio confiteri maluisse. Praetermittimus aliorum virorum atque communitatum litteras, in quibus, dum collegii fundationem, aut concionatorem, aut favorem alium expetentes scribunt, his utuntur verbis, ut quantam de Lainio aestimationem illi haberent, quantique auctoritatem ipsius facerent, plane manifestent.

Quod si cum exteris hominibus, iisque nobilibus, ita se gessit, ut tantam apud eos nactus sit aestimationem atque auctoritatem, tantaque usus sit in dicendo et in agendo libertate; qua-

nam libertate credendum est eum usum fuisse, dum nostrates, aut inquietos continere, aut negligentes excitare, aut moestos consolari debuerit? Lege, quae in promptu sunt, epistolas (1048 et 1191), quibus nunc Victoriam, nunc Covillonium, paterne quidem, at vehementer eos de ipsorum officio admonet. Lege item (1113 et 1130), quibus nunc Gaudanum, nunc Petrum Silvium consolatur; tum etiam (1128), qua Alphonsum ferrariensem ad animi teporem excutiendum hortatur. Ad extremum quoque vide quemadmodum Paschasium ipsum Broëtum, Galliae provinciae tunc praepositum, atque, ut notum est, ex primis P. Ignatii sociis, ac Societatis conditoribus, reprehendere non omiserit (1327). Atqui haec omnia, non animo pusillo, aut timore aliquo affectus, contra vero summam animi tranquillitatem et magnitudinem ostendens, Deique fidens providentiae faciebat. «En otra póliza (ad Araozium haec scribebat)... concluye el pobreçito de Baptista con dezir, que imminet ruina universe Societatis, lo qual leí con risa, representándome que se le saltó aquella palabra por hablar latín; que por lo demás espero que la Compañía no es inuención humana, sino obra de N. S., como las otras religiones, y aprobada como ellas por la sede apostólica y por los buenos fructos que N. S. por ella siembra y coje, los quales en todas partes uan en aumento, y creo que quanto más prueuas ubiere, más se uerá su puridad y más se affinará, ni creemos que el P. Cano y otros ayan mas que dar con la cabeça en la piedra en que está fundada, y con esta confianza, por no faltar de nuestra parte á lo que deuemos, y S. M. quiere de nosotros... etc.» (1314).

Satis opinamur haec Lainii auctoritatem, magnanimitatem, diligentiam, in Deo fiduciam, ac zelum divini honoris patefacere. Quibus affinis videtur esse maxima illa, quam semper adhibuit, cura, ad sodales, Dei nutu sibi commissos, a periculis quae eis imminerent arcendos, ut de Pelletario videre licet in epistolis (1095, 1096, 1097); de Viola in epistola (1137); de his autem qui in remotissimis etiam Indiarum regionibus versabantur, in pulcherrima illa, primo Decembris data 1558, quam sub numero (1042) invenies.

Huc accedit laudabilis sane cautio, quam in evolvendis haereticorum libris sedulo nostratibus commendabat, adeo ut in concedenda eos legendi facultate, etiamsi de clarissimis Patribus ageretur, difficilem admodum se cautumque praebuerit (1039, 1068, 1112, 1113, 1146bis, 1198).

Pertinet huc denique summum ejus studium ac desiderium, ut tirones in Societate ad normam instituti accurate exacteque efformarentur (1106, 1108, 1216). Unde autem haec omnia profecta fuerint haud difficile divinare quis poterit, amorem illum atque ardorem attente considerans, quo Ignatianas constitutiones semper est prosequutus, hoc unum exoptans ut nostra omnia secundum leges ac normas a sancto illo Parente traditas prorsus componerentur. Praeclara hujus quem dicimus, amoris atque studii monumenta in epistolis (1079, 1080, 1269, 1278, 1304, 1305) reperientur. Atque ut id, quantum posset, assequeretur, de rebus omnibus prout a nostris in provinciis gererentur, rite ac frequenter informari cupiebat praecipiebatque (1066, 1103, 1272, 1273). De Lainio ipso haec innuisse sufficiat.

II.—DE REBUS SOCIETATIS

Age vero, hujusmodi generalis praepositi auctoritatis vis atque efficacitas, quam paucis adumbravimus, in ipsam in primis Societatem influere debebat, quod abunde planum fiet legenti voluminis hujus monumenta. Verum quidem est naevis hoc tempore Societatem minime caruisse.

LUSITANIA ET HISPANIA.—Testantur id de Lusitania nonnullae Michaëlis Turriani epistolae (1038, 1081, 1183, 1189); de Hispania vero nonnullae etiam, praesertim rectorum, de ratione gubernandi provincialis Bustamantii conquerentium (1154, 1196, 1207, 1235, 1266, 1272, 1273, 1289, 1319, 1328). At simul constat plures harum regionum sodales in vinea Domini strenue eo tempore adlaborasse uberrimosque fructus percepisse. Ad Lusitaniam quod attinet, haec tradunt quum P. Ignatii de Acevedo, tum etiam ipsius Turriani provincialis epistolae (1122, 1144, 1173, 1308). Neque obscurum hujus rei indicium est, quod quum Lu-

sitaniae principes Sebastiani regis institutionem omnibus numeris absolutam vehementer exoptarent, nemini, nisi e Societate is esset, difficile regii praeceptoris munus demandari voluerint. Qua de re non pauca exstant documenta in epistolis (1038, 1119, 1163[bis], 1170, 1172, 1249, 1250, 1282, 1295).

In Hispania luculentiora etiam ejusdem rei adsunt testimonia. Nam pueros primis litterarum rudimentis sanisque moribus imbuere (1196, 1206, 1240); maurorum neophytos, *moriscos* quos vocant, fidei rudimenta docere (1206, 1240); pestifera lue infectos adjuvare (1179); milites bellica expeditione comitari, eisque in nosocomio numero incredibili aegrotis summa abnegatione et caritate subvenire (1045, 1230); alia denique multa pietatis ac caritatis officia Hispaniae socios praestitisse innumeris in hoc volumine testimoniis comprobatum reperietur.

Sed alia res majorem etiam quam haec officia nostris hominibus auctoritatem et honorem in Hispania conciliavit. Cum enim eo tempore, singulari Dei beneficio, catholicam religionem pluris jure merito facerent hispani homines quam caetera omnia bona; coepissetque pluribus in locis lutherana haeresis non paucos ex omni ordine viros ac mulieres inficere; nullus tamen e Societate, quamvis calumniatores contra ipsam falsos rumores sparserint, in haeresim incidit; quin imo sacrae fidei quaesitoribus omnes semper presto fuerunt in officio fungendo (1038, 1193, 1233, 1256, 1264, 1271). Certe archiepiscopus granatensis, Petrus Guerrero, ea de Societate nostra apud Philippum II protulisse dicitur (1318), quae nullus e nostris sine rubore legat, nedum dicat.

Haec de rebus Societatis Lusitaniae et Hispaniae provinciarum.

GERMANIA SUPERIOR. — Si vero ad Germaniam superiorem mentis oculos convertamus, mirum sane videbitur quam multa collegia principes, cum ecclesiastici, tum saeculares, Societati offerrent ad vitiorum et errorum colluviem continendam, in quam adeo multi praecipites ruebant. Haec vide in epistolis Lainii ad Canisium, Lanojum et Victoriam, aut eorum vicissim ad Lainium scriptis.

GERMANIA INFERIOR.—In inferiori autem Germania res Societatis lente admodum eo tempore, nec satis prospere succedebant. Florebat quidem coloniense collegium; at vero tornacense ac lovaniense in multas quotidie offendebant difficultates. Haec autem omnia in Mercuriani, Kesselii, Rhetiique epistolis explicata invenies.

GALLIA.—Attamen nusquam fortasse major, nusquam diuturnior, quam in Gallia Societatis admissioni oppositio fuit. Quae quidem non e principum aut aulicorum voluntate orta est, quum hi semper Societati faverint, ut ex Cogordani ac Broëti ad Lainium litteris aperte constat, verum e parisiensi parlamento, quod dictu incredibile videtur quantum principum votis constanter obstiterit. Huc adde haereticorum furorem atque odium, qui collegiorum Societatis fundationes in Gallia ferre non poterant. Cujus rei probationem apamiensis collegii fundatio exhibebit, quae quantae molis fuerit iterum e Broëti et Cogordani epistolis disces.

COLLEGIORUM UBIQUE FUNDATIONES.—Caeterum, argumentum vere egregium, quo prosper Societatis cursus hac aetate demonstratur, ex innumeris collegiorum fundationibus efflorescit, quae magno numero assurgebant, aut saltem undique petebantur. Plus quam triginta Italia una postulabat; ut enim ait Polancus: «ci habbiano incitato de diuerse bande di Lombardia, come di Milano, Piacenza, Como, Cremona, Brescia, Asti, et de più 30 altri luoghi d' Italia» (1166). Extra Italiam vero, in singulis Europae provinciis, plura similiter quam admitti possent, nunc principes, nunc episcopi, nunc integrae communitates Societatis domicilia deposcebant, quibus addendum est quoque in insula Cypro collegium, quod quum Nicosiae archiepiscopus enixe flagitasset, sub anni hujus initium, 1560, tandem laetus obtinuit (1324).

VARIA.—Nunc vero, quo rerum Societatis conspectus in voluminis prooemio, ut par est, plenius appareat, omittenda non videtur, praeter ea quae chorum in Societatem a Paulo IV inductum spectant (1118, 1144, 1173, 1179, 1279); praeter Patris Michaëlis Turriani hac de re epistolam, qua momenta omnia, oratorum quidem more, contra chorum in Societate habendum fuse

prosequitur (1241); omittenda inquam non videtur quarumdam notitia rerum, quae id ipsum quod diximus, de propriis Societatis rebus, proxime attingunt: ut a) de formulis in mutuo nostratum per epistolas commercio adhibendis (1250); b) de praepostero Societatis spiritu, quem in provinciam quam gubernabat Bustamantius, bono tamen animo, inducebat (1235, 1266, 1289, 1305, 1319), c) de saeva illa tempestate, quam Societatis aemuli, vel ex ipsius poenitentiae sacramenti administratione occasione arrepta, Granatae concitaverunt (1134, 1162, 1209, 1268, 1275); d) de scriptis, P. Borgia auctore, a sacro in Hispania tribunali inquisitionis in «indicem» relatis (1249, 1271, 1329); e) de piis P. Ignatii commentationibus (1253, 1312); tum denique, neque enim fas est singula minutatim persequi, f) de paterna vere atque eximia benevolentia, qua Pius IV, Lainium ac Societatem ab initio sui pontificatus amplexus est (1299, 1316, 1324).

III.—RES EXTERNAE

Sed ne quis existimet, ea solum, quae ad propriam Societatis vitam atque evolutionem pertinent, praesens volumen continere, alia heic commemorabimus, quae in eo quoque attinguntur, quibus rerum historicarum studiosi poterunt, ut arbitramur, haud mediocriter delectari. Ac profani generis sunt, inter alia, illinc ingens hispani exercitus clades, quam comite de Alcaudete duce, ad Cartennas in Africa accepit (1045); hinc tragicus Henrici II gallorum regis interitus (1211, 1221). Religiosi vero, apostolica P. Christophori Rodericii ad curiam Ferdinandi I imperatoris missio (1243, 1296, 1297); lugendus in Flandria religionis status (1216, 1284); atque indicia, tristissima illa quidem, quae jam inde a principio sui dominatus, Elisabeth, Angliae regina, praebuit, quaeque non immerito eam de haeresi suspectam reddiderunt (1067). Praeter haec autem, indubia hic invenientur, quum Philippi II (1134, 1208), tum Henrici II (1180, 1208, 1211) catholici animi signa, atque integerrimi et prompti ad tuendam catholicam fidem et religionem, necnon publici illius ac celeberrimi in haereticos judicii *(auto)* Vallisoleti habiti notitia, cujus exstat co-

piosa, atque a P. Francisco Borgia Romam missa, narratio (1193). His adde, nunc Pauli IV obitum (1227, 1231), quem turbae Romae sunt consecutae (1236, 1262), nunc Pii IV successoris aegre factam electionem (1281, 1282, 1283). Ea demum, coronidis instar, nobis visa sunt recensenda, jam in *Epistolis Salmeronis* saepius commemorata (*Epist. Salm.*, I, XL), quae notissimus Bartholomaeus Carranza, toletanus archiepiscopus, apud Lainium instanter egit, ut hic Romae apud pontificem catechismi patrocinium ac defensionem suscipere vellet (1043, 1087, 1089, 1217).

En ergo, lector amabilis, quae lecturum te *Lainii Monumentorum* volumen quartum praemonere voluimus, ut et viam quam es ingressurus non penitus ignorares, et certum te redderemus lectionem hujus, haud minus quam aliorum, gratam fore atque perutilem.

RECENSIO CODICUM

EX QUIBUS MONUMENTA IN HOC VOLUMINE EDITA DEPROMUNTUR

CODICES JAM PRIDEM A NOBIS ADHIBITI ET DESCRIPTI

Ex prima serie *Monumentorum S. Ignatii.*

Codex 1.—*Regest. V.* Descriptus in vol. I, pag. 31.
Codex 30.—*Epist. Lainez,* ibid., pag. 43.
Codex 35.—*Epist. sanctorum,* ibid., pag. 44.
Codex 36.—*Epist. cardin.,* ibid., pag. 45.
Codex 37.—*Epist. episcop.,* ibid., pag. 45.
Codex 38.—*Epist. princip.,* ibid., pag. 46.
Codex 39.—*Epist. communit.,* ibid., pag. 46.
Codex 42.—*Hispan. epist.,* ibid., pag. 47.

Ex *Epist. P. Hieronymi Nadal.*

Codex 28.—*Hispan. epist.* Descriptus in vol. I, pag. LXII.
Codex 30.—*Epist. Gall. 1557-1561.* Descriptus ibid., pag. LXIII.
Codex 33.—*Epist. Hispan. 1559-1564.* Descriptus ibid., pag. LXIII.
Codex 35.—*Epist. Polanci, Lainez et Borgiae.* Descriptus in vol. II, pagina XVIII.

Ex *Epist. P. Salmeronis.*

Codex 2.—*Italia (1559-1560).* Descriptus in vol. I, pag. XLII.

Ex *Sancto Franc. Borgia.*

Codex 3.—*Epist. P. Ignatii de Acevedo.* Descriptus in vol. IV, pag. XXXII.

Ex *Lainii Monumentis.*

Ital. 113.—Vol. III, pag. XII. Italia, c).
Hisp. 95.—Ibid., pag. XIII. Hispania, a).
Gall. 79.—Ibid., ibid. Gallia, a).
Germ. 142.—Ibid., ibid. Germania, a).
Lus. 60.—Ibid., ibid. Lusitania, a).
Codex 1.—*Franc. Hist.* Ibid., pag. XIII.
Codex 3.—Mutinae «*in regio archivio di Stato.—Cancellaria ducale-Regolari*». Ibid., pag. XIII.

CODICES A NOBIS JAM PRIDEM ADHIBITI, SED NOVA NUNC NOTATIONE SIGNATI

HISPANIA

a) *Hisp. 96* (prius *Epist. Hisp. 1556-1559).* Vide supra, ex prima serie *Monumentorum S. Ignatii,* codicem 42, et ex *Epist. P. Hieronymi Nadal,* codicem 28.

b) *Hisp. 97* (prius *Epist. Hispan. 1560).* Ibid.

GERMANIA

a) *Germ. 186* (prius *Germ. Epist. 1558).* Descriptus in *Epist. P. Hieronymi Nadal,* vol. I, pag. LXII, Codex 29.

b) *Germ. 187* (prius *Germ. Epist. 1559).* Descriptus ibid.

CODICES NUNC PRIMUM ADHIBITI

Codex 1.

Epist. externorum 26 (prius *Epist. princip. 1546-1568).*

Codex 2.

Hispan. 140 (prius *Hispan. Epist. Antonii et Araozii).*

Codex 3.

Ital. 171 (prius *Hist. Quadrim.—Epist. aedific. de Albania, Servia etc. 1536-1605).*

Codex 4.

Germ. Gall. Polon. (1559-61).

Codex 5.

Sard. 13 (prius *Sardiniae Epistolae I, 1558-65).*

Codex 6.

Neapoli «Archivio di stato. Fasc. 415. Carte Farnesiane».

DIFFICILIORES AUT FREQUENTIORES NOTAE

EARUMQUE INTERPRETATIO

Ant.=Antonio.
aud. terr.=audiencia territorial.
ayunt.=ayuntamiento.
B.=Bartholomaeus, Beatus.
C. M.=Cesarea Maestà.
Ciac.-Oldoin.=Ciaconius-Oldoinus.
D.=Divus, doctor, dominus, Don.
D. V. R.=Dominatio vestra Reverendissima.
$\triangle$ $\triangle^{di}$ ∇=Ducati, scudi.
Excmo.=Excelentísimo.
Gio., Jo.=Giovanni, Joannes.
Ille. Illmo.=Ilustre, Ilustrísimo.
leg.=legua.
M. Mro. Mtro.=Maestro.
med.^{o}=medesimo.
Moral.=Liber moralium.
N. J.=Nostro Jesucristo.
N. S P.=Nuestro Santo Padre.
O. P.=Ordo praedicatorum.
P =Petrus, Pater, Padre.
P. M.=Pontifex Maximus.
part. jud.=partido judicial.
q.=quaestio.
R. T. P.=Reverenda Tua Paternitas.
Rda.=Recibida.
Rta.=Ricevuta
r.=recto.
S.=Sanctus.
S. A.=Su Alteza.
S. S.=Su Santidad.
v.=verso, villa.
X ^{i} Xpi =Christi.
X.^{o} Xpo.=Christo.
xpiano.=christiano.
X^{o}ual, Xpóbal.=Christóbal.
Xpophorus.=Christophorus.
4.^{ma}=quadragesima.
7.^{ana}=septimana.
7.^{bre}=mense Septembri.
8.^{bre}=mense Octobri.
9.^{bre}=mense Novembri.
X.^{bre}=mense Decembri.

PATRIS JACOBI LAINII EPISTOLAE ET ACTA

1038

PATER MICHAEL TURRIANUS

PATRI JACOBO LAINIO

CONIMBRICA 29 NOVEMBRIS 1558 [1].

De suo et sociorum ejus Roma in Lusitaniam adventu.—De nonnullis in provincia aegrotis, necnon vita functis.—De Hieronymo Fontana, Joanne Pioneo, aliisque Societatem deserentibus.—In sodalibus ex aliis provinciis ad Lusitaniam mittendis magna opus est selectione.—De dispensatione pro Magistri Montesiae matrimonio a nostratibus procurata.—Societas in Hispania apud fidei quaesitores optima gaudet aestimatione.—Et regina et infans cardinalis P. Consalvium de Camara penes se retinere cupiunt.—P. Perpinnianus, quum P. Ignatii vitam, tum res indicas scriptis mandare meditatur.—Nonnulli pro humaniorum litterarum scholis libri desiderantur.—Queruntur aliqui quod in alendis aliarum provinciarum alumnis majores fiant expensae, quam lusitanae provinciae facultates patiantur.—De itineris romani sumptibus.

†
Jhs

Muy Rdo. P. N. en Christo. Pax Christi sit semper in cordibus nostris, por cuya bondad y misericordia llegamos aquí todos los que partimos de allá [2], á 16 del presente, con salud, y con la

[1] Ex archetypo in codice *Lus. 60*, 2 ff. 76, 77; prius 663-665; antiq. 574, 575.

[2] Patres indicat, qui Romae conventui generali adfuerant, de quibus non semel in superiori volumine a nobis factus est sermo.

mesma casi hallamos a todos los deste collegio de arriba, y de abaxo [3], porque aunque Miguel de Sousa [4], y Marcos Jorge [5] con otros hermanos an estado por algunos días enfermos, pero ya todos ellos andan en pee [a], aunque en este tiempo se lleuó el Señor para sí al H. Francisco Moraes, estando en San Fins, que solía leer en Ebora en una de las dos primeras classes, y un otro H. que se decía Jorge Fernández, que en el siglo hauía sido çirguero, y un otro que vino de Castilla.

Después de entrados en España he escrito á V. P., y al P. Polanco, desde Burgos, y de Valladolid [6], sin otras 3 ó 4 ueces que por el camino escriuimos [7], y por esso de las cosas del camino hasta aquí no creo será necessario dar más cuenta, y así en esta sólo diré de lo que se ofresce auisar desta prouincia, de lo que hasta aora tengo entendido.

Lo 1.°, por la relaçión ó carta que con esta ua de Luis Perpiñán [8] ministro del collegio de abaxo, sobre la salida de Jerónymo Fontana, que fué pocos días antes que yo llegasse, y por lo [b] que yo diré de otros, uerá V. P. quan mal prueuan aquí los extrangeros de las partes ultramontanas. Porque Pioneo [9] francés, quasi como despedido fué de aquí á Lisboa á tratar con el P. Don Ignacio [10], á quien topó en el camino, que uenía aquí, donde llegó 4 ó 5 días después de nuestra llegada, y de lo que con él trató no se çertifica Don Ignacio se hiría á Lisboa donde él lo encaminó. Oye el segundo curso, anda casi de la mesma manera que los otros, desobediente, y rebelde á lo que le mandan, alegando con

---

a *Hispanice* pié. — b la *ms.*

---

3 De duplici conimbricensi nostratum domicilio, quod, et inferius et superius collegium dicebatur, videndus est POLANCUS, *Chron.*, VI, 711, cum appositis ibid. annotationibus.

4 POLANCUS, *Chron.*, VI, 751.

5 Marcus Georgius, Ibid.

6 Supra, epist. 1002.

7 Epist. 976.

8 Ludovicus Perpinnianus, frater egregii oratoris Petri Joannis Perpiniani, cujus examen afferunt *Epist. P. Nadal*, I, 659, annot. 2.

9 Joannes Pioneo. POLANCUS, *Chron.*, VI, 741.

10 P. Ignatius de Acevedo, vices provincialis agens. Supra, epist. 982.

que no ay constituciones que manden que se den pólices á los que no son nouiçios, y que no se usa en Roma, y mandándole que no escriua libros de canto, haze lo contrario. Hasse entendido que ellos 3 auían hecho concierto de se ir á Salamanca á estudiar, y que [él] por su canto, y los otros por sus industrias, podrían passar adelante con sus estudios; mas estauan esperando acabar el curso, y que esto solo los detenía, y tenían casi mouido á un otro H. para hazer lo mesmo, que después compungido lo descubrió. Esto auiso no sólo para dar cuenta de lo que acá passa, pero para aduertir que se tenga mucha consideración en mirar, si licet ó conuenit, embiar acá los tales, ó quando expediat, que se tenga tal satisfactión dellos, que sean más para edificar á los débiles, que no para hazer titubear á los quietos. Y este remedio, no sólo es menester para los de allá, pero aun para los que uienen de Castilla; porque muchos, si no digo casi todos, son muy quebrados en la perfectión, y harto inútiles, y imperfectos, como se podrá ueer por la información que dellos procuraré que uaya con esta, si diere lugar el mensagero, aunque confiesso con mucha uerdad y reconocimiento dello, que esta prouincia deue mucho al cuydado que della tiene el P. Francisco [11] en procurar de la proueer y ayudar, para que pueda lleuar la mucha carga que tiene con estos collegios, y tantas obligaciones de muchas lectiones, y diuersas. Pero como, ó son nouiçios, y poco fundados en la uirtud y abnegación de sí mesmos, ó no dan entera satisfación allá en los collegios adonde están, los rectores, por exonerarsse dellos, ó representando al P. Francisco las buenas partes que ay en ellos, callando las que no son tales, ó por alguna otra uía, nos los embía, como conuenientes á esta prouincia, y así me pareçe que tengo entendido que quando se embían, ó dizen las buenas partes que tienen, ó á lo menos casi nunca manifiestan las partes contrarias, lo que sería necessario, quando allá se juzgasse que conuenía embiarlos por algún respecto acá, para que supiéssemos cómo los emos de tratar acá. Y sobre todo esto, lo bueno es que hallo que se me quexam aquí de los muchos gastos que se hazen

---

[11] P. Franciscus Borgia, Hispaniae ac Lusitaniae commissarius.

con los tales, no sólo con los que uienen á ayudar á esta prouincia, pero etiam con los que de otra manera uienen [12].

El P. Baptista [13] de Córdoua, que ay estuuo el año passado, se diuulgó que auía ido en posta allá, sobre una dispensación de personas fuera de la Compañía [14], y entiendo que con desedificación. V. P. uerá cómo en semejantes casos se deue de proueer; y porque el mesmo Baptista aurá dado información particular y intrínseca de un buen nombre [c] [15] que la Compañía ha alcançado en España, en la prisión que se hizo este año en la inquisición, de tanta gente, no tengo que dizir yo más que dar gracias al Señor, por offrecer ocasiones en que su diuina Magestad pueda ser glorificado por medio de la Compañía, las [d] quales tengo entendido son mayores aún de lo que él puede alcançar, ni aun de lo que á mí me es lícito manifestar, por el sigilo que me fué impuesto.

Paréceme que la reina [16], y el cardenal Infante [17], estaua esperando la uenida del P. Luis Gonçalez [18], y á lo que entiendo, para el mesmo effecto que yo allá propuse, para que no fuesse detenido en otro ministerio, siendo estotro de tanta importançia, no sólo para el buen gouierno de tantas prouincias y gentes diuersas, pero aun para el mejor ser y acrescentamiento de la Compañía, no sólo aquí, pero en otras partes; pues desta manera uemos que fué cresciendo la primitiua yglesia, afficionándosse las cabeças

---

c hombre *ms.* —d los *ms.*

---

12 Cf. epist. 1001.

13 P. Joannes Bta. Ribera, Cordubae ortus. SANTIVAÑEZ, *Historia*, l. II, c. 36.

14 Dispensationi alludit pro Magistro Montesiae ad nuptias cum Eleonora Manuel convolandum, de quo saepissime in nostris MONUMENTIS. Ad rem vero praesentem, cf. epist. 998, annot. 4.

15 Ideo haec dicit, quia quum plures a fidei quaesitoribus capti in Hispania fuerint, non modo e Societate captus est nemo, verum etiam Societas ipsa haud exiguo sacro illi tribunali auxilio fuit. Videantur epist. 836, 862, 895; et *Sanctus Franciscus Borgia,* III, 322-382, 395.

16 Catharina, Joannis III vidua.

17 Henricus, cardin. infans Lusitaniae.

18 Ludovicus Consalvius de Camara.

á la religión christiana, y así dizen que dixo la reina, que lo quería para cosa de más importancia y seruicio de Nuestro Señor, de aquello en que lo ocupauan allá, y que escreuía para que lo man dassen uenir acá, para el Henero, porque para entonces me pareçe que determinan de dar casa al rey [19].

El P. Pedro Perpiñán, que aora lee la primera classe, de cuya sufficiencia tiene mucha noticia Luis Gonçález, me ha dicho que se le auía offrescido pensamiento de escriuir la historia del P. Ignaçio, y della passar también á hazer la historia de la India. Si á V. P. le parece que él lo haga, mándeme auisar, y embiar la instrucción que para ello sea conueniente, y creo sería bien juntamente con ella proseguir todo el discurso que la Compañía ha tenido hasta ahora, y después el [e] publicarlo será, quando Nuestro Señor fuera seruido, y ordenaren por su tiempo los que tuuieren el cargo.

Aquí me an dicho que tienen falta de Arte de grammática, y que sería bien de muchos recolligir alguna, y lo mesmo creo será conueniente en griego, y en hebreo, y así mesmo en castigar y purgar algunos libros, de inmundicias y deshonestidades que tengan, para que de lo bueno se pueda ayudar la juuentud, sin detrimento de la uirtud, que podría hazer lo malo que va inserido con ello.

Esta copia de la carta que embió el P. Nobrega [20] del Brasil, sobre la venida de Ambrosio Pérez, y sobre la ida al P. Francisco, y á Roma, embío á V. P., para que antes que él de aquí parta, tenga alguna información de lo que passa. Embíola primero al P. Francisco, para que él la embíe á V. P. con estotras.

Aquí entiendo que sienten alguna pesadumbre de que se embíen á esta prouincia gentes de fuera della, así de Castilla como de otras partes, para auerlas de embiar después á seruir en otras partes, atenta la grande obligación que tienen de tener mucha gente, para poder cumplir con tantos ministerios como sobre sí

---

[e] al *ms.*

---

[19] Sebastianus. Porro de his videndae sunt epist. 1001 et 1013.

[20] P. Emmanuel Nobrega, Brasiliae provincialis. Epist. 919.

tiene á cargo, y atento que, aunque sea gruessa la renta, no basta para tanto, y así anda cargada con deudas no pequeñas [21].

Tratando aquí con el P. Manuel Godino, sobre los gastos del camino, dixo que los que hizimos á la ueuida eran á cuenta de los seiscientos y tantos ducados, y no de los dosientos, que allá estauan para los negoçios, puestos con sus cambios y embaraços que suelen ponersse, y así pareçe que lo deuió de entender V. P.; porque aun de los çien ducados que tomó Luis Gonçález en Milán, de que se pagaron de cambio, creo que uiente ducados, ó más, ó menos, se siente agrauado este collegio, que los uuo de pagar [f]. Paréçeme que se sentirían mucho si houissen de pagar el gasto que nosotros hizimos en el camino á la benida, sabiendo lo que lleuáuamos, y por eso no pienso de les dar cuenta de lo que allá se hizo y ordenó en esta parte, por quitar ocasiones.

Dios nuestro señor nos dé su gracia para que su boluntad sintamos y perfectamente cumplamos.

De Coymbra penúltimo de Nobiembre de 1558.

Indigno é ynútil hijo de V. P.,

† TORRES.

Inscriptio. † Al muy Rdo. Padre nuestro en Christo, [el P. M]tro. Diego Laynez, prepósito [gene]ral de la Compañía de Jesús. En Roma.

Sigilli vestigium.

In ima pagina. Tomóse para nuestro camino, así en Roma, como en Milán y León, ciento y ochenta y cinco escudos de oro. Sobraron más de 36.

---

f *Quae sequuntur sunt autographa.*

---

21 Vide etiam antea, epist. 1001.

1039

PATRI NICOLAO GAUDANO

ROMA 29 NOVEMBRIS 1558 [1].

De marchionissa bergensi, ejusque filia, quae meritorum Societatis particeps a Lainio efficitur.—De lectione librorum haereticorum a Paulo IV interdicta. — De quadam dispensatione episcopo merseburgensi concessa.— Valetudinis curam habere cum primis Gaudano commendatur.—De aliquibus scriptis, quae Gaudanus ipse petierat.

Jesus

Pax X.[i] Riceuemmo quelle de V. R. de 20 de Octobre, con altre della signora marchesa uecchia de Bergas [2]. Et perchè nostro Padre non è in casa, et anche pare sua lettera era risposta de una di nostro Padre preposito, non si li fa special risposta. V. R. supplirà di parola, et se bisognarà ci auisi, et si li scriuirà. Pare anche che non intendendo latino S. Sria., bastarà che V. R. li dica che nostro Padre farà ciò che li raccomanda di far oration per lei; et così farando [*sic*] li altri per ordine suo, nella casa et collegio nostro.

Alla signora sua figliola [3] uedoua, che domanda la communicatione delle gratie della Compagnia, se li risponde con la istessa patente, per non multiplicar lettere. V. R., se bisogna altro, lo supplirà.

Ci rallegriamo in Domino che attenda la R. V. alla sua sanità, et haueremmo charo intendere il buon successo di quella.

Quanto alla lettione delli libri heretici, è meglio si astenga la R. V., perchè c' è chi pensi essere reuocate quelle licentie [4], et in dubio è meglio stare al sicuro. Uero è che per discernere se un libro sia heretico, o non, si può leggere etiam per chi non haues-

---

[1] Ex codice *Regest. V*, fol. 226.

[2] Jacoba de Croy. Supra, epist. 996.

[3] Cf. epist. 999.

[4] Abrogata quidem a Paulo IV fuit hujusmodi facultas. Verum abrogans pontificis constitutio, *Quia in futurum*, non ante diem Decembris 21 prodivit. RAYNALDUS, *Annales*, XV, 15-16.

se special licentia; ma come si sa che sieno heretici, è meglio lasciarli. Il Padre dottor Canisio [5] portò in scritto la memoria di quel che fu concesso al vescovo mespurgense [6], et V. R. non habbia sollecitudine di quel spaccio.

Quanto a quello che la R. V. ricerca, come debbia fare circa il star suo, et occupationi, non occorre dir altro, se non che attenda a star sano prima, et dopoi ci auisi; et in questo mezzo non si affatichi troppo in uno exercitio, nè in altro, se non quanto può compatirsi con attendere a recuperar sanitą, perchè della sua charità ci persuademo che serà molto prompto in quel che potrà aiutar li proximi, douunche si trouarà.

Di quelli scritti che la R. V. ricerca, de modo orandi, et altri, se adesso non si potranno mandar, per non essere scritti da per se, si mandaranno un altra uolta. Nostro Padre preposito sta con mediocre sanità, et predica le domeniche et feste; et si raccomanda molto nelle orationi de V. R., et così li altri conosciuti.

A tutti dia gratia X.° nostro signor di sentir sempre et adempire sua santissima uolontà.

Di Roma 29 di 9.^{bre} 1558.

Inscriptio. Bergi. Nicolao Gaudano.

1040

PATER JOANNES RETHIUS

PATRI JACOBO LAINIO

COLONIA 30 NOVEMBRIS 1558 [1].

De amicis Societatis, qui rebus collegii favent.—Discipulorum numerus.—De libris, quos praelegere meditantur magistri.—Scholarum leges.—De mulctis et praemiis.—Viri clarissimi erga collegium in dies afficiuntur, quos inter archiepiscopus recensendus.

Paramus interim nobis amicos inter ipsos, quorum opera ad

[5] P. Petrus Canisius.

[6] Michaël Helding, episcop. merseburgensis. De concessione Michaëli facta, cf. supra, epist. 970, annot 7.

[1] Ex autographo in codice *Germ. 142*, 3 ff., nn. 58, 59, 60 v, antiq. 544-547, 549. Foliis 59v, 60 et 60v, Landani epistola inscribitur, de qua vide

hoc aliquando utamur. Habemus nunc unum fidelem admodum, in Saxonia, in ipsa Luteri patria Islebio, qui diebus superioribus ad nos scribens se plane catholicum esse declarauit. Epistolae partem post annectam; quo Germanos conterraneos nostros, qui istic sunt ad his regionibus succurrendum, nunc orationibus, post uero ipsa praesentia, excitemus. Habemus quoque Hamburgis quemdam amicum, et alium in aula Ducis Pomeraniae.

Verum hi minus probati adhuc sunt. Conciliabimus nobis in aliis haereticorum civitatibus etiam paulatim amicos aliquos, per quos sint latentes; non parum boni fiet apud catholicos, quorum multos in singulis adhuc ciuitatibus esse puto, donec potestas detur aperte illis succurrendi. Laudetur interim Deus, et ut opem ferat orationibus ab eo impetrate.

Discipulorum numerus ualde frequens est, et augetur in dies: Baccalaurei nobis sunt 41, et inter hos fratres 9. Dialectici uero, 31, et inter illos fratres 2. Jam facile est statuere quot in caeteris nostris scholis sint discipuli. Nam scholae inferiores plures continere solent, quam superiores: ut minorum et indoctiorum semper maior est numerus. Easdem classes sex retinemus, quas superiori aestate in catalogo nostro collocavimus: eosdem septem praeceptores, et easdem pene lectiones. Modica enim in hac autumnali studiorum renouatione lectionum facta est mutatio: maior in vernali fiet, si Deo ita placuerit.

M. Franciscus [2] dialecticos et physicos in Euclide exercebit, festis diebus, post declamationes. In schola rhetorica, Ciceronem de inventione, quartum ad Herennium, et orationes pro Milone, et rege Deiotaro, interpretabimur. In schola poëtica, secundus liber Aeneidos, et secundus epistolarum Horatii praelegetur. In superiori schola grammatica, M. Gregorius Fabius sextum epistolarum Ciceronis leget. In lectionibus communibus, aliqua etiam

infra, annot. 11. Jam Rethii epistolam, quam damus, Hansen quoque, ex monumentis Coloniae asservatis desumptam edidit. Utraque exordio caret Verum quanta sit in caeteris inter utramque discrepantia, legenti cuique statim apparebit. Cf. Hansen, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens*, pagg. 315 et seqq.

[2] Franciscus Costerus. Reiffenberg, *Hist. prov. rhen.*, I, 73.

mutatio facta est. Vesperi enim (ne iidem idem nimis frequenter audiant) primus officiorum Ciceronis explanandus erit, et mane, cum Clenardo, Luciani Mortuorum dialogi. Reliqua fere immota manent, ut in catalogo.

Confirmatur quoque idem confitendi modus, eaedem leges scholasticae, et absentium mulctae, et in classe rethorica, eorum etiam qui orationem non exhibent. Haec autem pecunia, quae ex hujusmodi mulctis colligitur, in discipulorum usum rursus convertitur, praesertim circa studiorum renouationem, ut in hoc autumno factum est.

Dedimus enim tribus primis in ascensu ad dialecticam, libros ualde bene ligatos, quibus non parum ad diligentiam etiam alii excitati fuerunt. Primo, qui frater est, Aristotelis Organum, impressum Parisiis, in 4.°, ut aiunt. Secundo, eumdem librum, sed in 8.°, Basileae: tertio uero, qui convictor est, Aristotelis Ethicam, in 8.°, Basileae. His non parum excitantur, ut diligenter lectiones uisitent, et si forte absunt, aut in officio cessent, mulctas persoluant, atque his legibus libenter parent, imo sibimetipsis ultro quodammodo imponunt. Ex discipulis non raro augetur numerus. Spero his mediis peruenietur tandem ad novum Societatis collegium. Nam fautorum et amicorum numerus augetur plurimum. Abbas S. Huperti, in litteris ad fratrem suum Henricum Summalium, ostendit se optime nobis uelle. Idem hoc facit D. Aggeus Etheus, pastor Campensis, in litteris ad M. Andream [3]: hic et iuuenem ad nos misit: id quod mirum est; cum ipse sub Laurentiano regente aliquando docuerit.

D. Philippus Gail, nouus huius reipublicae consul, ita nobis amicitia iunctus est, quod non facile in aliquo nobis deerit. Archiepiscopus [4] totus Societatis esse uidetur, id quod reipsa demonstrat. Nam pinguem ualde bouem nuper ad collegium misit,

---

[3] Dubium hic suboritur utrum Andream Boccatium Rethius significet, ut Hanseno placet, an potius Andream Bensenradium, qui ante suum in Societatem ingressum parochus ipse fuerat. Cf. epist. 701, annot. 6. REIFFENBERG, loc. cit., 55; HANSEN, loc. cit., 318.

[4] Joannes Gebhardus Mansfeldius. REIFFENBERG, ibid., 64; VAN GULIK-EUBEL, *Hierarchia catholica,* III, 188.

et paucos ante dies ipsemet nobis dixit, quod et uinum uelit dare. Orate Deum, ut peccata et negligentiae nostrae non impediant bona quae facturus uidetur Deus.

Salutant R. T. P. Dominus Leonardus Cesselius, [*sic*], M. Henricus Dionysius, M. Franciscus Costerus, M. Balduinus [5], M. Andreas [6], Petrus [7], Hemerolus [8], Henricus [9], Jacobus Tilanus, et tota domus. Salutate uicissim omnium nostrum nomine Patres et fratres omnes; et orate pro nobis, Colonia, atque Germania, quo saluemur. Valete. Coloniae, ipso die S. Andreae Apostoli. M.D.LVIII.

R. P. T. indignus filius, ex commissione P. Leonardi [10] scripsit

JOANNES RETHIUS [11].

†

Inscriptio. Rdo. in Christo Patri Dn. Jacobo Laynezio Societatis Jesu generali praeposito. Roma.

Alia manu. Franco.

Sigilli vestigium.

---

5 Balduinus ab Angelo.

6 Andreas Boccatius, friso.

7 Petrus Hauptius.

8 Franciscus Hemerulus.

9 Henricus Sommalius, alias dionantensis ex patria dictus.

10 Leonardus Kesselius, gymnasii rector.

11 Ipsemet Rethius hoc loco, manu propria, aliam statim subnectit epistolam, quae tamen non ipsius est, neque ad Lainium data, sed Adami Landani, Islebii in Saxonia die Sti. Martini scripta, atque ad aliquem, ut videtur, magnae auctoritatis virum destinata. Quin etiam, non integra est epistola, sed fragmentum, quod de dissidiis agit haereticos inter ipsos, magis in dies crebrescentibus. Denique utrique communis est inscriptio, quam in textu dedimus.

1041

IGNOTUS SODALIS COLONIENSIS
PATRI JOANNI DE POLANCO

COLONIA 30 NOVEMBRIS 1558 [1].

De convictorum numero.—Horum institutio secundo cursu procedit.—Nobiles inter convictores allecti.—Nonnulli animum ad Societatem applicant.—Haereticorum furor.—Sodalium numerus.—Externi cujusdam magistri alumni plures ad collegium Societatis convolantes.—Singularis novi archiepiscopi erga nostrates benevolentia et favor.

Jhus.

Cauato di lettere di Colonia del Nouembre 1558.

Il numero delli conuittori è di circa ottanta, et tutti osseruano con gran riuerenza le loro regole, che certo la modestia, honestà, silentio et pace, che nelle schole, rifettorio, camere, et in ogni luogo dimostrano, li fa giudicare come persone dell' istessa Compagnia nostra, et quantumque tra essi ui siano alcuni barbati et nobili, non c' è pur nessuno ch' ardisca uscir fuori, senza licenza particolare di chi li gouerna. Se per uentura accaddesse che alcuno transgredesse in qualche cosa contra le loro ordinationi, uolentieri riceue il castigo, che per ciò se gli dà in rifettorio, o in qualsiuogl' altra parte, accusandosi lui stesso dell' errore commesso, et sforzandosi di non commetterlo altra uolta. Et breuemente, questa consolatione trouiamo nel gouerno di questa giouentù, che facilissimamente si lasciano reggere, et tirare al bene, et dimostrano gran contentezza di stare nel collegio, del che restano sommamente edificati et sodisfatti li loro parenti.

---

[1] Ex transumpto in codice *Germ. 142*, 2 ff., nn. 61, 62, prius 511, 512. Potius quam integrae litterae, litterarum fragmentum videtur, quod exordio atque subscriptione caret. Dies etiam notationis desideratur. Verum quum mensi Novembri affixum sit; aliunde autem, post epistolam diei hujus mensis trigesimi descriptum reperiatur, jure videtur inter caeteras hujus diei epistolas reponendum. Denique, quum plura sint in hoc monumento a Polanco cancellata et emendata; nos illud, prout ab auctore scriptum fuit, damus; quae autem Polancus cancellavit aut emendavit, saltem praecipua, suis locis annotamus.

Molti di questi scholari di assai buone parti desiderano esser riceuuti nella Compagnia. Ma per buoni rispetti, per questi principii, non ci pare si accetino, benchè si trattenghino nei buoni propositi, con speranza che al suo tempo queste difficoltà ci habbino a partorire etiamdio l' usura delli soggetti.

Il numero di questi, ogni giorno ua aumentandosi, et già alcuni giouani nobili, figliuoli di baroni et conti, desiderosi d' essere insegnati dalli nostri, nelle lettere et uirtù, han parlato col Padre nostro rettore, sono accettati giontamente con li suoi pedagoci, fra li conuittori [a].

L' odore di questo collegio ua spargendosi molto, non solo per li luoghi circonuicini, ma remoti d' Alemagna. Gl' heretici di Strasbeng [2] hauendo uisto il catalogo delle lettioni, et ordine che si osserua in questo collegio nostro coloniense; hanno mandato qua a pigliar più certa informatione di esso (che loro chiamano collegio diabolico) pel timor che hanno, che non habbi ad esser la ruina delle lor sette [b]. Finalmente, grandissimo è l' odore che in tanto poco tempo sparge questa opera, che beñ pare uolersene Iddio nostro signore seruire, a grande impresa del suo santo seruigio [c].

Quelli della Compagnia, che là stanno, sono appresso a [d] 27, i quali con diligenza si adoperano nelli ministerii loro, cercando ogn' uno la propria perfettione [e], et la salute del prossimo.

Vn maestro di schola, poco cattholico, che tiene mille cincocento [f] scholari incirca, grandimente si duole che la buona fama che del nostro collegio si sparge li toglia gran numero di quelli.

---

[a] *Quae praecedunt, ab illis verbis,* Ma per buoni rispetti, *cancellata sunt in ms.* —[b] *Adest hic atque in margine signum* † *quod quid significare velit, nescimus.* —[c] *Septem praecedentia verba, linea subducta cancellata sunt, ac in eorum locum Polancus ipse manu propria suffecit haec tantum:* molto di quella. —[d] *Deleta sunt haec,* la stanno sono appresso a, *supra vero scriptum est hoc,* qua stiamo siamo. —[e] *En quomodo mansit periodus, nonnullis deletis, relictis aliis:* et ognuno nelli ministerii loro cercando la propria perfettione. —[f] *Hoc verb.* cincocento *Polanci manu additum est.*

---

[2] Straubinga (Straubing).

Onde parte con chiamar a sua scuola huomini dottissimi, acciò l' auisino [g], parte con usar gran diligenza, cerca di conseruar quelli scolari che tiene, et s' affatica di oscurar il buono odore che dalli nostri si sente, quantunque in darno, anzi quanto più s' affatica in ciò, tanto lo fa più manifesto et illustre a tutti; et già comincian-dosi ad accorgere li parenti degli scholari, della poco buona institutione et dottrina di questo maestro, li leuano li suo figliuoli, et menanoli a noi, acciò l' insegniamo i buoni costumii insiememente con le lettere, lamentandosi, et ingiuriando molto il detto maestro, per chè corrompeua la giouentù con la sua nefanda heresia, et certo non senza causa, perchè coloro che da quella scola uengono alla nostra, ritrouiamo alienissimi dalla confessione, communione, et catholica religione, anzi alcuni di questi si marauegliauano delle sante cerimonie che usa la chiesa, et si stupiuano, et rideuano, uedendo altri, che si percoteuano il petto, et diuotamente diceuano il lor rosario, per esser stati un tempo, senza ueder messa, et senza confessarsi. Già per la diuina gratia, tanto col buono essempio d' atri, come per la istessa institutione del collegio, son talmente riformati, che ben si può dire, da empii pii, et da demonii angeli essere loro fatti, poichè si sforzano etiandio di superar gl' altri nelli costumi et pietà x.ana

Il reingraue (che è un giouanetto gran signore di Alemagna) mandò a richiederci che uolessimo accettarlo fra li conuittori nostri, con due pedagogi, et due suoi seruitori; et benchè all' hora non li fu conceduto, per non hauer casa capace, adesso con la compra di tre case per quelli di mediocri conditione, et un' altra per li nobili, s' è accettato lui, con due altri figliuoli di case illustri, con suoi seruitori et pedagogi.

Il Rdmo. arciuescouo eletto di Colonia [3] dimostra assai affettione alli nostri, in segno della quale dopo la sua elettione ha uoluto che uno della Compagnia predichi nel domo [4], il quale per gratia di N. S., lo fa con molta gratia, libertà et dottrina, restan-

[g] *Tria haec manu Polanci addita sunt ad marg.*

[3] Joannes Gebhardus Mansfeldius. Vide epist. praecedentem, annot. 4.
[4] De hac re cf. REIFFENBERG, *Hist. prov. rhen.*, I, 64.

done l' auditorio (che è molto grande) assai sodisfatto. Fece anchor detto arciuescouo chiamare in un luogo, fuora di Colonia, il Padre rettore [5] insieme col predicatore [6], doue li fe predicare a certe grandi essequie, et dà speranza di uoler aiutare l' opera nostra. Questi dì S. Sria. Rdma. ci ha mandata per elemosina una botta [h] di vino, et un bue, il quale facemmo subito uccidere, et questo fu il quarto decimo, che per tanta famiglia [i] si sono amazzati il mese di Ottobre, per la prouisione di questo anno, perchè in effetto, tanto cresce alla giornata che non so che luogo li capirà nè che robba li basterà. Nostro Signor accresci in tutti li suoi copiosi doni et gratia speciale. Amen [j].

Subscriptione caret.

Inscriptio. Rdo. in Christo Patri meo, M. Joanni Polanco, secretario Societatis Jesv. Romae.

Sigilli vestigium.

1042

FRATRIBUS IN INDIA DEGENTIBUS

ROMA 1 DECEMBRIS 1558 [1].

Harum litterarum conscribendi ratio.—Preces Deo pro sodalibus in India degentibus, in singulis Europae Societatis domiciliis persolvuntur.—Eorum vocatio ut magnum ac singulare Dei beneficium habendum.—Plurium in Europa eorumdem persequendi vestigia desiderium. —De speciali, qua adstringuntur necessitate vitae perfectae ac virtutum solidarum studio incumbendi.—Danda est opera diligenter ut corporis vires ac firma valetudo conservetur.— Cavendum tamen ne virtutum intepescat amor.—Orationis studium potissimum commendatur.

†
Ihs.

Charísimos hermanos en X.° N. S. La gracia y paz de X.° N. S. sea siempre en nuestras ánimas. Amén. Aunque con

h botte *ms.* —i per li conuittori *ms.* —j *Ab illis verbis,* Fece anchor, *omnia omnino, linea obducta, cancellata fuere.*

5 P. Leonardus Kesselius.

6 Henricus Dionysius. REIFFENBERG, Ibid.

1 Ex adversariis, manu Polanci scriptis, in codice *Epist. Lainez,* 2 ff., n. 91, prius 1.

scriuirse de las cosas necessarias, á los superiores, y con ymbiarse allá desde Portugal las letras communes, que para la edificatión y consolatión de las personas de la Compañía se scriuen, sea poco necessario que yo os scriua de otras cosas, charísimos hermanos en X.º N. S., todauía por esta vez he querido consolarme con vosotros todos, scriuiéndoos la presente, en testimonio que os tengo á todos scritos en mi ánima, y que en estas partes se ha ordenado que todos nuestros hermanos cada día hagan speçial oración por vosotros, no solamente en la casa y collegio de Roma, pero en todas las partes donde reside en Europa nuestra Compañía, para que por las supplicationes de muchos la diuina y summa bondad os haga cada día más perfectos sieruos suyos, y más vtiles instrumentos de su diuina prouidentia, para la reductión de tantas ánimas, de las tinieblas de la infidelidad y peccados á la luz del conoçimiento y amor suyo, y directión en la vía de su santo seruicio, para que caminen al vltimo y bienauenturado fin, para que las crió, y redimió con su sangre X.º N. S.

Grande merced y fauor es, charíssimos hermanos, generalmente, el que haze la diuina y summa bondad á los que llama á esta mínima su Compañía, y les da gracia de proceder según el instituto della; pero es muy special don el de aquellos, á quienes cabe la suerte de emplearse en su seruicio en esas partes, así por la importantia de la obra en que os occupáys, como por el priuilegio de los obreros. La importantia de la obra se vey quánta sea, trattando no solamente de conseruar y ayudar los christianos que ya en la fe tienen principio de su saluatión, como por acá se haze, pero aun de traer muchos otros de nueuo, que del todo eran sieruos del demonio, y con él hijos de ira y de perdición, al stado de la libertad santa, y adoptión de los hijos de Dios, y herederos con X.º N. S. de su reyno y felicidad eterna.

Est etiam quidam Stephanus Liberius, decimae collegii germanici, magnus, fortis, dexter ualde: contionatus est hactenus in templo nostro germanice, sed iam dabit locum Wenceslao. Supplet hactenus uices Balthasaris in secunda classe; praeest nostris commensalibus, sed hunc decreuerat R. P. Victoria secum abducere Viennam, et inde mittere in Vngariam [10]; uti credo T. R. iam intellexisse: hunc ego putarem plus ualere in prima classe quam Wenceslaum, licet eo longe sit indoctior: fortasse possent partiri operam, si alter non esset ablegandus. Credo enim intelligere T. R. magnas fore Wenceslai ita pusillamini posthac occupationes, qui etiam modo in principio, uidetur propter curas et labores pallescere et marcescere, cum tamen contiones publicas nondum aggressus sit. Quid sit ad maiorem Dei gloriam, non erit T. R. difficile perspicere. Forte (quod modo scribenti mihi

---

[8] «Olomucum, et Olemutium (Olmutz), urbs ampla et munita Moraviae provinciae caput, in regno Bohemiae, ad Moravam fluvium.» FERRARIUS, *Lexicon*.

[9] Wenceslaus Sturmius.

[10] Cf. *Lainii Monum.*, III, 686.

occurrit) posset manere Stephanus in classe Balthasaris, donec uideremus quomodo perseueret Wenceslaus, et interim Balthasar posset me domi iuuare, et ego illum in studiis etiam aliquando, et ita hinc inde his illis possemus succurrere necessitatibus; sed suspicor hoc consilium proficisci ex mea sensualitate.

Est deinde quidam Gaspar schlauus, qui etiam uenit ex collegio germanorum. Puer est; hactenus contionatus est boëmice, sed iam cessauit. Est periculosus in sacris scripturis, saepe tentatur, facile murmurat, et ex divo Petro et Paulo contra superiores nonnumquam argumentatur, «oportet Deo obedire magis» etc., «corporalis exercitatio» etc. [11]. Hic in absentia nostri sacristani (qui cum M. Balthasare discessit acepturus quatuor minores) est sacristanus. Ante renouationem studiorum fuit praeceptor 3.ae classis: cum redierit sacristanus, faciemus Chasparem [*sic*] ianitorem, si uolet: opera enim illius est incerta, et cum timore eam posco; quare pro lucro reputo, si quid ipse iussus recte facit.

Est deinde quidam Michaël schlauus, omnino bonus et diligens; huic ego secure confido: est praeceptor 3.ae classis.

Est alius Petrus schlauus eiusdem fere diligentiae; hic habet sub se duas ultimas classes, quibus utrisque facili industria sufficienter praeest; laboriosus frater, et fortis, constans et quietus.

Sed est quidam alius Petrus Iuliacensis, flander, qui uult a votis absolui, pinguis, mirabilis, foetet illi halitus ualde male: fuit hactenus ianitor, sed heri accepimus illi claues, propter quandam contumaciam in R. P. Victoriam, et frequentes suos errores. Cras Romam uersus, uel ad R. P. Canisium uult proficisci: uult fieri omnino carthusianus. Diu ipsum spe quadam sustinuerunt, sed semper rediit ad ingenium; fatigauit superiores multum, multoties fuit tentatus quod non daretur quae ipse patebat: quando ipsum ad poenitentiam et uilissima domus officia recipere uellemus, ait quidem se ea libenter obiturum, sed uehementer dubitare an possit perseuerare. Visum est R. P. Victoriae eum debe-

---

[11] «Respondens autem Petrus et Apostoli dixerunt: obedire oportet Deo magis, quam hominibus.» ACT., V, 29. «Corporalis exercitatio, ad modicum utilis.» I TIM., IV, 8.

re dimiti ad T. P., et alii Patres ab hac sententia non fuerunt alieni.

Cuperem scire, quid cum talibus tentatis fieri deberet in his longinquis patriis, et an post notabilem tentationem, cum maiori periculo et molestia, quam spe, in his afflictis collegiis sufferri diu debeant (et quantopere nostri confessores arctentur ad casus nostros reseruatos) uel quomodo tales iuuari possint, si sufferendi sint. Video enim hic duo: magnam talium fratrum infirmitatem, et loci quasi solitudinem, aut certe exiguam consolationem, atque ita priuari superiorem magna libertate agendi, cum talibus uix alio, quam nimis leui modo, posse procedere; lenitatem uero parum prodesse, cum illi ea facile abutantur, qui tamen etiam tangi sine periculo uix possunt, ac demum difficillime operam debitam tentatis dari posse. Magna saepe necessitate cogimur committere, cum magno periculo, magni momenti officia hominibus uehementer tentatis, quod alii non sint [12].

Est etiam alius quidam Andreas, italus. Hic nimium occupatur quod prudentem adiutorem non habeat, hic emit omnia, quibus indigemus; curat multa alia pro quibus subinde per ciuitatem discurrit, curat etiam coquinam; semper uidetur prae nimia occupatione anhelare; commedit semper in 3.ª mensa, scilicet stans in coquina, distribuit enim portiones pro prima et 2.ª mensa; socius enim eius non tantum ualet etc.

Est alius Henrricus, flander, nimis bonus et simplex, ut nihil tuto prudenter expediendum illi possit committi. Hic debebat iuuare in coquina: est sanctus. Quaerenti mihi ex eo an esset frigidum, summa simplicitate respondit; ita Pater: laus Deo. Credo eius meritis et orationibus plus iuuari nos, quam externa opera.

Est deinde quidam Catherinus, gallus, nouitius, absque uotis, sacristanus, diligens quando uult, et, ut uelit, arte tractandus est.

Est quidam deinde Wolffgangus, germanus, nouitius, incon-

---

[12] Quid huic quaestioni responderit Lainius, dabit inferius apponenda epist. n. 1108.

stantissimus, sine uotis, sed non sine multis tentationibus, inimicus mortificationum: habet multas curas, quanquam bene laborat, sed ait non diu duraturum: quid intelligat non est difficile intelligere.

Est alius quidam puer, 18 fere annorum, sine uotis, cum frequenti tentatione, immundus; seruit commensalibus: non uideo quomodo iuuari commode possit.

En, reverende Pater, hoc est integrum collegium pragense. Ego aliquando doleo non parum, quod cum utilitatem proximi toto tempore fere promouere deberemus, tam importune in hoc propter domesticas curas impediamur: in omnibus tamen his difficultatibus, dum uolo numquam careo mea consolatione, et gaudeo me a solo Christo Jesu iuuari, postquam mihi in hoc officio aliud auxilium ad aliquod tempus uix dari posse sperem. Et in hoc me plane resolui, ut quantum uires pati possint, et gratia Christi suppeditauerit sacrae obedientiae, quae mihi est omnis consolatio et recreatio, sedulo satisfaciam, et obsequentissimum T. P. filium me perpetuo subiiciam ac prestem. Agnosco tamen quotidie meam insufficientiam, et magnam imprudentiam, sed propterea non dedignetur T. P. pro meis erroribus rationem et poenam dare. Si tamen meae insufficientiae succurri posset (sunt enim mihi haec insperata principia aliquantulum grauia) hoc grato animo acceperim. De studiis meis nihil habeo quod dicam, quandiu in meo officio non habeo quod non agam, quo fit ut praeter arithmeticam (quae mihi uidebatur necessaria) nihil adhuc studeam.

Vidisti, R. P., uehementer nos indigere coadiutoribus spiritualibus, et hominibus paulo solidioribus. Certum ianitorem non habemus, nec certum cocum, credentiarium tentatum, sartorem nullum, etc. Haec, ut primo, ita prolixe satis, vt T. R. intelligat quale collegium meis humeris imposuerit, et in qua parte imprimis iuuandus sim.

Post haec omnia, merito me commendo tuis sanctis orationibus, et quae alia erant hic addendo quae hoc mense hic contigerint, illa perscribam in quadrimestribus quae has mox sequentur. Interim si quae petere a T. P. liceat, auderem fere multa pe-

tere: nimirum, vitam B. P. Ignatii, constitutiones, regulas cuiuscumque generis (cupio enim nagno animo studere rebus Societatis) literas indianas, alienas quadrimestres latinas, dialogos, declamationes, spiritualia dogmata etc.; at praeter haec omnia peto pro Praga dari aliquem diligentem et efficacem pro talibus et similibus solicitatorem: alioqui rarissime, quum maxime indigemus, ad nos talia transmittuntur. Postremo filialiter saluto T. R. P., R. P. Natalem [13], angelum nostrum, R. P. Polancum [14], R. P. Madridh [15], R. P. Ludouicum [16], P. Cornelium [17], totam domum [18] et collegium cum P. Sebastiano [19], quorum omnium sanctis orationibus indigere me libenter fateor. Vale in Christo Domino, R. P. Pragae postridie S. Thomae 1558 ex collegio Societatis apud S. Clementem.

T. R. P. indignus filius,

Paulus Hoffaeus.

Inscriptio. Jhs. Rdo. in Christo Patri M. Jacobo Laynez, generali Societatis Jesu [praeposito].

Alia manu. R.ta a 29 di Gennaio 1559.

Sigilli vestigium.

1068

PATRI JOANNI DE VICTORIA

ROMA 24 DECEMBRIS 1558 [1].

Amanuensis, quem Victoria postulaverat, mitti Roma non potest.—De pauperum seminario Vindobonae inchoato.—Rerum illius temporalium administratio nonnisi ad tempus suscipi a nostratibus debet.—Quo pacto sodales ultima etiam sacramenta valeant administrare.—De lectione librorum haereticorum.—Eorum catalogus nondum Romae confectus.

Riceuemmo quella de V. R. de 3 del presente; et quantunche

---

[13] P. Hieronymus Natalis, cui cordi semper res Germaniae fuere, ac nuper in generali congregatione prima, illius nationis assistens electus. Vide epist. 1082, annot. 17; *Lainii Monum.,* II, 116, annot. 5.

[14] P. Joannes de Polanco.

[15] P. Christophorus Madridius.

[16] P. Ludovicus Consalvius de Camara.

[17] P. Cornelius Vishavaeus.

[18] Domum professorum significat.

[19] P. Sebastianus Romaeus, collegii romani rector.

[1] Ex codice *Regest. V,* ff. 232v et 233r.

siamo in tempo occupatissimo, ho uoluto scriuere questa breue in risposta d' alcuni capi che la ricercano. Del scrittore, di qua non c' è modo di mandarlo, massime per adesso; ma V. R. si potrà aiutare di chi li parerà nel collegio che si trouarà. Della sua sanità, habbia cura la R. V., non solamente per il commun respetto di poterla adoperare nel seruitio diuino, et della Compagnia; ma etiam per far l' obedientia, che glie la raccomanda.

Quanto al nouo collegio cominciato in Vienna per li poueri [2], se non ce seranno altri [a] apti a tener cura del temporale, dispensa nostro Padre ad tempus che lo faccia la Compagnia, hauendosi pur l' occhio [b] a sgrauarla di questa cura, come si possa trouar la commodità de chi attenda, et sieno persone di confidenza; et per farsi il conto che de le Indie si farebbe, condescende la Compagnia a tal assunto, che quantunche sia santo et buono, per alcuni respetti, etiam santi et buoni, si reputa meglio che non pigli li simili, massime hauendo a far con altre congregationi d' homini in Praga. Poichè dice la R. V. che si trouaranno amici forestieri, da quali si possa fidar la cura del temporale, cosi si faccia; et certo l' opera in se pare molto conueniente, et della quale è da sperare se ne seruirà molto nostro Signore. Del modo del farla già si è scritto altra uolta; penso alli otto del presente [3].

Del administrar tutti li sacramenti a quelli huomini, che non hanno copia alcuna di ministro cattolico, pare a nostro Padre si possa permettere, al modo che si permetterebbe nella India; quando pur ci fusse modo di auiarli a ministri cattolici, noi attendiamo alli consueti nostri exercitii.

Della iurisditione temporale, prima che si risponda, bisognarà che habbiamo auiso più in particolare se son uassalli del monasterio, et come insino adesso si administra la justitia, et se si judicarebbe espediente lasciar questa iurisditione al re; et finalmente V. R. ci mandi lo auiso particolare che conuiene per poter far juditio.

---

[a] altre *ms.* —[b] occho *ms.*

---

[2] Vide *Lainii Monum., III*, 490, annot. 14; 658, annot. 19; 688, annot. 24.

[3] Cf. supra, epist. 1047, annot. 18.

Virgilio uitiato dalli heretici, et simili libri, si possono leggere per purgarsi, ma non già il Carion [4], per essere autore heretico. Non è ancora uscita fora la lista de libri prohibiti: si potrà mandare a suo tempo.

Delle schole, et altre cose di edificatione, che haueuo riceuute, non dirò altro se non che pregamo Iddio N. S. prosperi nel suo santo seruigio tutte le cose d' Alemagna, et dia a V. R., et a tutti quelli del collegio nostro di Praga, bona pasqua et anno, etc.

De Roma 24 di X.bre 1558.

Inscriptio. Praga. Vittoria.

1069

COMITISSA DE NOLA

PATRI JACOBO LAINIO

NEAPOLI 1 JANUARII 1559 [1].

Lainio gratias agit, de sodalibus ad novi collegii institutionem Nolam missis.—Suum erga Lainium et Societatem affectum ostendit.—Pignus ejusdem Romam mittit.

Molto magnifico e reuerendo Padre. Questa mia non sarà per altro, se non per dar conto a V. Sria. Rda., come dì per dì, mi ritrouo più satisfatta, e consolata, della elettione che lei ha fatta di questi Padri [2], che, se io istessa l' hauessi fatta, non credo che me n' haueria potuto tanto ritrouar satisfatta, come mi ritrouo; e non solo io, ma tutta la città di Nola, doue fanno residenza, così del Padre rettore [3], come di tutta la compagnia. Mi ha parso conueniente auisarcelo, acciò che quello che non so far' io, de lodar e ringratiar il Signore di questo beneficio, lo facci lei, come più familiar de la Maestà sua, e più essercitata in questi ufficij. E me le sento tanto ubligata per questo e molt' altri rispetti a

---

[4] Joannes Carion, wurttembergensis, de quo vide Braunsberger, *B. Canisii epist.*, VI, 70, annot. 6.

[1] Ex archetypo in codice *Epist princip.*, 2 ff., n. 96, prius 456.

[2] Sodalibus alludit, quos ad novum collegium inchoandum, paulo antea Lainius Nolam miserat. Cf. supra, epist. 1064.

[3] P. Joannes de Montoya. Ibid., annot. 2.

questa benedetta Compagnia, et a V. Sria. Rda. particolarmente, che desideraria ogni dì occasione per poterle seruire, poichè le forze mie non bastano manifestarle la uolontà mia, quale sarà sempre conforme all' obligo, che la cortesia e carità sua m' ha imposto. E per segno dell' affettion mia, mando a V. Sría. Rda. un poco di mortaccioli, ch' in questi tempi saranno buoni per li stomachi freddi, com' intendo che tiene lei, e la priego che l' accetti con quell' animo che le sono stati inuiati, e mi farà gratia ancora sempre commandarmi; che l'assicuro che sempre mi darà satisfatione. E nostro Signor le dia questo principio d' anno con quell' aumento di duoni, che S. D. M., con la liberal sua misericordia, è solita concedere a tutti li serui suoi, e le bacio le mani, raccommandandomi alle sue diuote orationi. Di Napoli, hoggi primo di Gennaio de li 1558 [4].

Al seruicio de V. S. molto R.da, sempre,

LA CONTESSA DE NOLA [5].

Inscriptio. Al molto magnifico e molto Rdo. Padre, il Padre don Giacomo Laines, general preposito [della Compa]gnia del Giesù. Roma.

Alia manu. R.ta a 5 del medesimo.

1070

COLLEGIIS ITALIAE

ROMA 7 JANUARII 1559 [1].

Nuntium de solemni P. Christophori Madridii, Italiae assistentis, professione. — Cunctis Italiae sodalibus preces pro eo injunguntur.

Hieri, dì della Epiphania, il P. Dr. Madrid [2] fece sua professione, et ha impetrato da nostro Padre questa gratia, che ogni

---

[4] Ita *ms.;* verum error est manifestus. Quemadmodum enim ex pluribus anno superiori monumentis editis plane evincitur, nolanum collegium non ante mensem Decembris 1558 initium sumpserat. Videantur in hanc rem epist. 1056, 1058; atque *Epist. P. Salmer.,* I, 250, 254, 260, etc.

[5] Maria Sanseverino, saepe laudata.

[1] Ex codice *Regest. Ital. 1557-1559,* fol. 372.

[2] P. Christophorus Madridius.

uno della Compagnia d' Italia dica per lui una messa, essendo sacerdote, et non essendolo faccia oratione per esso una uolta specialmente. V. R., per se, et per quelli che stanno a sua cura l' esseguisca con sua solita charità, et tanto più uolontieri se dauerà fare, perchè detto Padre è uno delli quattro assistenti [3], et a chi è commesso specialmente fra loro ch' habbi cura particolarmente d' aiutar le cose d' Italia et Sicilia. Sia X.° N. S. in nostra protectione [a], et aiuto continuo. Amen. Di Roma 7 di Gennaro 1559.

Inscriptio. Comune.

1071

EPISCOPUS CENETENSIS

PATRI JACOBO LAINIO

VENETIIS 7 JANUARII 1559 [1].

Acceptas a Lainio litteras commemorat.—Quod vero votis suis satis ille non fecerit, dolet ac queritur.

†

Rmo. Padre, et signor mio. Ho riceuuto la lettera di V. P. Rma. delli X del passato, insieme con la patente, et l' altre due scritture, in materia di quel testamento, et ora stano tutte bene, et saran' a bastanza, di che la rengratio grandemente [2].

Quanto alla interpretatione ch' ella dà alla promessa ch' io intendo m' habbi fatta di quei quattro Padri della sua Congregatione [3], son contento di accettare da lei ogni cosa in bene; ma non uoglio già restare di replicarglie, che più et più uolte mi ha assicurato ch' io sarei, senza dubio, nè scropulo alcuno, consolato d' essi; nè uale ch' ella si iscusi con allegar' di non hauer potuto

---

[a] protextione *ms.*

---

[3] Qui tamen coetui Patrum congregatorum non adfuit. Cf. *Lainii Monum.,* III, 491.

[1] Ex archetypo in codice *Epist. episc.,* 2 ff., n. 11, prius 21, 22.

[2] Equidem litteras, quibus hoc loco alludit episcopus, non vidimus. Verumtamen lucis huic rei nonnihil afferent aliae, quas superiori volumine edidimus, pagg. 383, 412, 583.

[3] Cf. citatas epistolas.

promettermi altro, che di procurar' col generale futuro jo fussi compiacciuto, perchè è ben V. P. Rma. de tanti meriti, et authorità, nela sua santa religione, ch' haurebbe potuto sodisfarmi, etiamdio che non fusse generale. Et riducasi a memoria che gli piacque, per abbondante charità, eshiberse di uenir ella istessa, il che mi sarebbe stato di troppo gran fauore. Però tutto sia detto solo per significatione della pura uerità, et non per alterar' punto 'l candido animo di V. P. Rma., al parer' dela quale adheriro sempre uolentieri, conformandomi col uoler' suo, et raccomandandomi senza fine nela sua benigna gratia, et nele sue sante orationi, offerendomi, etc., et supplicando nostro Signor Dio che dirigat gressus nostros in suo beneplacito.

Di Venetia a VII di Genaro M. D. lix.

Di V. P. Rma. affettissimo seruitore,

IL VESCOUO DE CENEDA [4].

Inscriptio. Al Rmo. Padre et signor mio oss.^{mo}, il P. Laynes, general della congregatione del Giesù, a Roma.

Alia manu. R.^{ta} a 12 del medesmo.

1072

PATER JOANNES DE POLANCO

PATRI FULVIO ANDROTIO

ROMA 7 JANUARII 1559 [1].

De P. Hieronymo Rubiola convalescente.—Collegii senensis inopiae subvenitur.—A nimio labore Fulvius temperare jubetur.—De Martino et Marco sodalibus.

†
Jhus

Pax X.^{i} Riceuemmo quella di V. R. dell' ultimo del passato, et crediamo hauerà riceuute le nostre scritte la vigilia di natale. Già haueuamo inteso della conualescenza del P. Geronimo Rubiols [2]: sempre li hauerà pur giouato l' andata del Padre don

[4] Michaël Turrianus, non semel a nobis laudatus.

[1] Ex archetypo in codice *Epistolae Polanci, Lainez et Borgiae,* fol. 7, prius 167.

[2] P. Hieronymus Rubiola, senensis gymnasii moderator.

Diego [3] là', et ci siamo rallegrati specialmente dell' aiuto delli 20 ▽ mandatili a posta, poichè il bisogno loro [4] credo era grande. Nostro Signore rimuneri chi li diede, et chi li procurò tanto diligentemente. Ci siamo anchora rallegrati della molta messe, con la quale auerta la R. V. di moderarsi, in modo che alla lunga possa durar nelle fatiche a gloria d' Iddio. La dimora di que soldato ci ha fatto pensar' in cercar cuoco, et forse da Loreto si manderà un sarto, che potrà far anche la cucina, perchè resti dissoccupato Martino: il quale quanto è meno inclinato o habile per li studij, tanto manco doueria essere implicato in altre cose, se vogliamo che faci fructo. Si uederà se si può trouar alcuno che possa far la classe di Marco, acciò lui s' applichi alli studij, essendo così atto per quelli, come V. R. scriue. X.° N. S. ci dia gratia di sentir sempre et adempire sua santissima uolontà. Di Roma li 7 di Gennaio 1559.

Ci raccomandamo molto nelle oratione di V. R. et degl' altr charissimi fratelli nostri. Quelli 50 ▽ se si mandarano a Roma sarano ben venuti, perchè ci trouamo in bisogno. Saria bene si dessi ordine come non si perdessi in auerli. De V. R. seruo in X.°, per comissione de nostro Padre preposito,

† JOANNE DE POLANCO. †

Inscriptio. † Al molto Rdo. in X.° Padre, il P. M. Fuluio Androtio, rettore del collegio della Compagnia di Jesù, a Fiorenza.

1073

PATRI PETRO CANISIO

ROMA 7 JANUARII 1559 [1].

Ut cum bona legati apostolici venia, rebus colloquii polonici compositis, in Germaniam quamprimum revertatur.—De facultate ad id a summo pontifice obtenta.

Jesus. La gratia etc. Intendendo che la dieta di Polonia [2] sa-

---

[3] P. Didacus de Guzman, florentini collegii superintendens.

[4] De sodalibus senensibus loquitur. Ad rem *Lainii Monum.*, III, 571, 589.

[1] Ex codice *Regest. V*, fol. 233v.

[2] De hac re videantur *Lainii Monum.*, III, 440, 441, 442, 444, 652.

rebbe espedita presto; et d' altra banda che li bisogni della prouincia di Alemagna et Bohemia ricercano la presentia della R. V., s' è parlato al Rmo. cardinal Carrafa [3] per ottener licentia de S. S. acciò la R. V. tornasse alla sua prouincia. Et ci ha fatto dir per il signor Ferrante di Sangue [4], che la tal licentia sia concessa de parte di S. S., di modo che con bona licentia et gratia del Rmo. nuncio [5], essendosi fermato insino al fine della dieta, per consolatione et seruitio di S. Sria. Rma., sarà bene la R. V. si spedisca di Polonia, et attenda alle cose della Compagnia nostra, o per meglio dir, alle cose della relligion catholica, et seruigio piuino, in Alemagna, il quale si pretende con li collegii, et tutta l' opera de nostri in quella prouincia. Et perchè de altre cose scriuerà Mtro. Polanco, non mi estenderò in altro. A tutti dia gratia X.° nostro signore di sentir sempre et adempire sua santissima uolontà. De Roma 7 di Gennaio 1559.

Inscriptio. Petricouia. P. Canisio.

1074

PATRI PETRO CANISIO

ROMA 7 JANUARII 1559 [1].

De Petri Canisii in Germaniam e Polonia regressu.—De ejusdem fratris Theodorici in patriam profectione.—Germani adolescentes ad collegium germanicum Romam mittendi.—Gesselius resipiscit.—Candidati ad Societatem e provincia Germaniae Romae desiderantur.

Jesus. Pax X.i L' altro sabbato fu scritto a V. R. per uia del Rmo. varmiense [2], per la quale ua anche questa, con la licentia

---

[3] Carolus, cardin. Caraffa, Pauli IV nepos, apud quem magna adhuc pollebat auctoritate. PAGI, *Breviarium,* VI, 399.

[4] Ferdinandus (Ferrante) di Sangue, di Sangro, di Sanguine, vel etiam de Sangre, Pauli IV propinquus, de quo consulantur *Epist. P. Salmer.,* I, 158, 163, 327, etc.

[5] Camillus Mentuatus, episc. campaniensis et satriensis. *Lainii Monum.,* III, 407, 500.

[1] Ex codice *Regest. V,* ff. 233v et 234r.

[2] Stanislaus Hosius, episc. varmiensis.

di parte di S. S. per tornare in Alemagna [3]; in modo che si potrà satisfar in parte, alla uolontà della persona a chi V. R. s' offerse in Vienna, benchè conuenirà andar destramente, acciò in tal modo si sodisfaccia a quella [4], secondo il nostro debito, et non si offenda l' altra [5], a chi tutti teniamo special obedientia. Spero Dio N. S. darà suo spirito a V. R. acciò sodisfaccia a l' una et a l' altra parte, et serua molto a sua diuina Maiestà. Et quantunche non fossino espedite al tutto le cose di Polonia, pur che la dieta fusse finita, parendo a V. R. che importi più l' andata in Alemagna, uederà di andarsene, et sodisfar il meglio che potrà al Rmo. nuncio [6], il quale però se se ne tornasse uerso queste bande, tornaria bene uscire insieme con lui di Polonia. Finalmente V. R. faccia il meglio che si può, et si serua della licentia, come li parerà, per maggior seruitio diuino.

Pare l' andata del P. D. Theodorico [7] al paese è assai sollicitata dalli suoi amici. V. R. uederà quando sia conueniente far tal uiaggio.

Di qua stiamo sani, Dio laudato, et molti in numero; et con tutto questo si potranno mandare per il collegio germanico due o tre, quando V. R. uorrà; et se fossino simili alli altri quattro mandati, ci contentaremo.

Il Gesellio [8] comincia a diportarsi molto bene.

Aspettiamo ci sia dato auiso di alcun numero de persone, che si habbino a mandar per la Compagnia, dalla prouincia di Alemagna, acciò si risponda di qua per tempo che possino uenire auanti li caldi; perchè essendo buoni suggetti quelli che uogliono en-

---

[3] Vide epist. praecedentem.

[4] Ferdinando I imperatori alludit, qui Canisium comitiis augustanis adesse cupiebat. *Lainii Monum.*, III, 440-441, 652, annot. 5; supra epist. 1065.

[5] Paulum IV pontificem summum intellige, cujus imperio Canisius in Polonia cum legato pontificio versabatur. Videatur praecedens epist., annot. 2.

[6] Camillus Mentuatus. Ibid., annot. 5.

[7] P. Theodoricus Canisius, frater Petri. Ad rem cf. *Lainii Monum.*, III, 189-190, 342, 344-345.

[8] Joannes Gesselius, collegii germanici alumnus. Loc. cit., 317, 318, 660.

trare, non ci pare si debbia serrar la porta a loro per bisogno alcuni. Se non si è dato auiso de alcuni quando questa arriuarà, V. R. lo faccia dare. Et sia X.° nostro signore in aiuto et protettione nostra. Amen. De Roma 7 di Gennaio 1559.

Se alcune cause uedessi V. R. di fermarsi in Polonia per concludere alcun negotio importante, potrà farlo secondo il iudicio suo.

Inscriptio. Al medesimo P. Canisio.

1075

PATRI THEODORICO CANISIO

ROMA 7 JANUARII 1559 [1]

De pecuniis.—De quodam Lamberti nepote.—Germani juvenes pro collegio germanico expetuntur.—De tempore, quo Societatis candidatos Romam mitti oporteat.—De Petri Canisii e Polonia in Germania regressu, deque fratris ipsius Theodorici in patriam profectione.—Quandonam monialium confessiones a nostratibus excipi possint.—Gesselius recte se gerit.—Facultas vescendi carnibus iis, qui cum haereticis degere coguntur, procuratur.—Caesaris erga collegium germanicum liberalitas.

Jesus. Pax X.i. Riceuemmo quelle de V. R. de 23 de 9.bre, che ci portò quel amico seruitor del signor don Diego Lasso [2], con altre scriture delle regole de comensali [3], et scolari poueri [4], alle quali si risponderà un' altra uolta. Li denari lasciò in Venetia ho scritto al P. D. Vittoria [5] sopra quelli, et adesso non replico il medesimo.

Delli 30 daleri de Ascremano [6], hauendo molto bisogno di là, li potranno ritenere, quantunche di qua ne habbiamo non poco.

---

1 Ex codice *Regest. V,* fol. 234.

2 Didacus Lassus de Castella, cujus saepe in superiore volumine facta est mentio.

3 De his cf. epistolam ad eumdem Theodoricum datam, apud *Lainii Monum.,* III, 493.

4 Ibid., 658.

5 P. Joannes de Victoria, rector collegii vindobonensis. Ibid., 445, etc.

6 Joannes Ascreman. Ad rem cf. ibid., 688.

Non intendo quello che V. R. scriue del nepote del D. Lamberto [7], se sia uenuto come persona per la Compagnia, o uero come secular'. Il medesimo ci potrà dar più chiarezza; et per essere cosa sua, se parerà di mandarlo per il collegio germanico, di qua lo potranno fare, et anche mandar uno, o due altri, per il medesimo collegio, del che etiam ho scritto hoggi al Padre prouinciale [8] in Petricouia; et anche d' auisarci d' altri giouani per la Compagnia, se reputano debbiano mandarli, perchè di qua si possa dar risposta che arriui a tempo de partirsi, et intrare in Roma, auanti li grandi caldi. Et quantunche ci trouiamo sprouisti de danari, uedendo che di là si scriue de molti buoni suppositi che uorriano intrar nella Compagnia, non ci pare si debbiano lasciare per la stretezza della prouisione, poichè nostra intrata è fundata in speranza in Dio, quae non confundit. Aspettaremo adunque due o tre per il collegio germanico, et la nota di quelli che si uorriano mandar per la Compagnia nostra. Si scriue al Padre prouinciale che può tornare in Alemagna. Dell' andata della R. V. al paese [9], bisognerà s' accordi con detto Padre; et quanto prima si potrà far, senza discommodarsi il collegio de Vienna troppo, sarà forsa meglio.

Del confessar le monache, si potrà far, sperandosi frutto del seruitio diuino, exhortandole a far il suo debito: se questo non uolessino fare, si possono lasciare alli suoi superiori.

Le lettere per li thedeschi del collegio germanico se li dettero. M. Gioan Gisellio già comincia a far il suo debito molto bene [10]. Per quelli che stanno con parenti, o patroni heretici, o le donne con mariti tali, si è procurato d' hauer licentia per loro, di mangiar quel che possono, se ben sia carne. Forsa auanti il serrar di questa, auisaremo della risolutione. Hauemo uisto la copia di quel ordine della maestà cesarea [11], di pagarsi 400 scudi ogni

---

[7] Ibid.

[8] P. Petrus Canisius. Videatur praecedens epistola.

[9] Cf. eamdem epist., annot. 7.

[10] Ibid., annot. 8.

[11] Ferdinandus I imperator. Cf. in hunc locum *Lainii Monum.*, III, 684.

anno, per li bohemi, cominciando dal natal passato. Ci tornaria molto commodo potersi ualer di questo credito; ma non sapiamo, nè il nome del mercante d' Augusta, nè mancho chi sia il suo correspondente in Roma. Se il P. D. Vittoria se trouassi appresso de Vienna, faria buona opera in fare si espedessi questo negotio; et tanto più se si potessi hauer il decurso insino al natale.

Non dirò altro per questa, se non che si manda una lettera per il caualiero Antonio Quadrio [12], medico della cesarea maestà. Se il P. Vittoria stessi in Vienna, riceua questa come propria.

Stiamo sani, et ci raccomandiamo tutti nelle orationi di V. R., del D. Lamberto [13], D. Xpiano [14], et li altri charissimi fratelli. A tutti dia bone feste et anno X.° nostro signore. Di Roma sette di Gennaio 1559.

Inscriptio. Vienna. P. Theodorico.

1076

PATRI ADRIANO ADRIANI

ROMA 10 JANUARII 1559 [1].

Quo pacto P. Adriani ab obedientia Patris provincialis solutus, generali praeposito unice subjiciatur.—Lovaniensis collegii fundatio firmiter stabilienda.

Jesus. Gratia etc. Accepi T. R.tiae literas pridie diuae Chaterinae [2] ad nos missas, et intellexi quae satis diffuse in eis explicabantur. Demum, ad Dei gloriam et spiritualem utilitatem et consolationem R. T. fore existimo, si te, a prouincialis [3] obedientia exemptum, nostrae reseruarem, quod et facio, ac mihi immedia-

---

[12] Ibid., 76-77, etc.
[13] Lambertus Auerus. Loc. cit., 687, annot. 22.
[14] Christianus Rivius. Ibid., 686, annot. 15.

[1] Ex codice *Regest. V*, fol. 234v.
[2] Divae Catharinae festum in diem Novembris 25 incidit.
[3] Flandriae provincialis erat P. Everardus Mercurianus, de quo in superiore volumine plura.

tae [*sic*] subdi te X.[i] nomine expedire sentio: quae autem ex obedientia Patri prouinciali prestiturus eras, eidem ex charitate erga ipsum, et erga totam Societatem, praestare curabis, et de persona tua intelliges. Nam quod ad collegium louaniense attinet, subdi obedientie [*sic*] prouincialis nostros oportebit, quo unitas sancta magis retineatur; et collegio louaniensi, non tantum a T. R.[tia], sed etiam ab ipso prouinciali consulatur, eiusdemque res et negocia sollicitius curentur. Erit autem tuae charitatis, ut quemadmodum coepisti iam multis annis, quae ad id collegium pertinent, eiusque stabilitatem et fundationem ac dotationem promouere pergas [4]. Nos etiam non deerimus, quod in nobis erit, pios conatus tuos ad commune bonum iuuare, quacunque ratione, secundum Dei uoluntatem, nobis licebit. Interim orationibus T. R. me commendo, et caetera magistro Polanco scribenda committo. Dignetur diuina bonitas nobis omnibus gratiam suam communicare ad [a] cognoscendam in dies magis, et explendam ipsius uoluntatem sanctissimam. Roma X Januarii 1559.

Incriptio. Louanium. Mtro. Adriano.

1077

PATRI ADRIANO ADRIANI

ROMA 10 JANUARII 1559 [1].

De P. Adriano Adriani, ab obedientia Patris provincialis exempto.—Exemplum hujusmodi, nec imitandum, nec aliis, quoad fieri possit, communicandum.—De modo se gerendi cum Patre provinciali edocetur.

Charissime Pater. Ecce liber iam es [a] ab obedientia praepositi prouincialis, quia ex scriptis illis pridie diuae Chatarinae [2], satis colligi poterat hanc exemptionem T. R. conuenire, propter in-

---

[a] et *ms*.

[a] eh *ms*.

---

[4] De hac re vide *Lainii Monum.*, III, 115, 328, 555, 668, 671.

[1] Ex codice *Regest. V*, fol. 235r.

[2] Vide praecedentem epist., annot. 2.

genii sui rationem. Uideat tamen tua charitas, an hoc apud se secretum tenere debeat, ut sic demum, et quieti conscientie suae cum hac libertate, et aliorum edificationi, quibus hoc exemplum non esset imitandum, consulat. Poterit ergo R. T. non manifestare hanc exemptionem, nisi quibus et quatenus opus esse sentiet; et tam exemptionis, quam huius scripti exemplum uel copiam, Patri magistro Euerardo [3] mitto. Non patitur tamen charitas quin admoneam T. R.tiam quod aliquid periculi uideatur posse timeri in hac exemptione, ne scilicet T. R. sibi credendo et confidendo, aut de sua prudentia altius quam oporteat sentiendo, decipi possit ab callidissimo hoste nostrae perfectionis, qui uirus elationis et proprii amoris sub apparentia boni abscondere solet. Minus tamen periculi ex hac parte quam ex contraria timuit Pater noster prepositus, et ideo T. R. eximendam ab obedientia prouincialis censuit; et tamen hoc ipsum quod timeri potest mali, bona ex parte euitabitur, si in dubiis conferat T. R. cum ipso Patre [b] prouinciali res suas, ut amicus cum amico, seclusa obedientia, conferre posset, qui quamuis obedire minime teneatur, non tamen, parui momenti esse iudicat amici sui sententiam. Hoc enim modo, audiendo Patris Euerardi sententiam, et statuendo tandem quod T. R. melius uidebitur, et libertatis propriae et consilii alterius, quasi gemino bono fruetur. Curandum etiam est T. R. vt ii, quibus praeerit Louanii, non debilitentur in obedientia sui prouincialis, quod faciet, ut spero. Ego uero piis orationibus T. R. me comendo, nam et ego in meis quotidie tui sum memor. Vale in domino Jesu X.° Romae 10 Januarii 1559.

Inscriptio. M. Adriano.

---

b Patri *ms.*

---

3 Cf. epist. praeced., annot. 3, et paulo infra, epist. 1079.

1078

PATRI ADRIANO ADRIANI

ROMA 10 JANUARII 1559 [1].

De litteris communibus et quadrimestribus sodalibus Coloniae transmittendis.—De redditibus pro collegio lovaniensi stabiliendo.—De utroque Theodorico, Gerardi videlicet et Canisio.—De quibusdam sociis in Flandriam mittendis.—Hoc apud se P. Adrianus statuat, Lainio cordi esse rebus Flandriae providere.

Charissime Pater. Accepimus T. R. litteras, 24 Nouembris et 3 Decembris ad nos datas, simul cum aliis decima quarta Nouembris a Patre prouinciali magistro Euerardo [2], Louanii scriptis. Ad eundem transmittere curabit R. V. responsum. Litteras etiam suas coloniensibus, et quadrimestres, postquam legerit, eidem Patri prouinciali et coloniensibus mittat, nisi forte idem Pater prouincialis transmittendas susceperit. Et quod attinet ad expensas pro litteris faciendas, scripsit nobis idem Pater prouincialis, quod distribuendas (ut aequum est) curabit; et ita in posterum plures quadrimestres mittemus.

De redditibus paratis collegio lovaniensi libenter intelleximus quae Tua R. scripsit. Curandum esset omnino, ut bona stabilia habere possit Societas nostra Louanii, quanuis etiam et aliis in locis inferioris Germaniae, nam egregium collegium posset is[t]hic teneri, quod seminarium esset insigne ad operarios in uineam totius inferioris Germaniae, spargendos, ad ecclesiae spiritualem utilitatem, et religionis conseruationem atque propagationem. Et quo pluribus conficitur laboribus hoc negocium, eo magis augetur spes fructus, quem diabolus tam sollicite nititur impedire.

De doctore Theodorico Gerardi [3], piae memoriae, iam scripsi non semel (ut opinor); ex his autem litteris alterius D. Theodorici Canisii [4] intelligi poterunt plura, et ad ipsius consanguineos,

---

[1] Ex codice *Regest. V,* ff. 234v et 235r.

[2] P. Everardus Mercurianus.

[3] *Lainii Monum.,* III, 651, 672.

[4] Supra, epist. 1074, annot. 7; 1075.

si expedierit, transmitti, et forte expediret litterarum illarum exemplum exscribi, ut amicis communicari possint. De tribus aliis uidebimus quid statui possit, cum magister Gerardus [5] sit Pragae, magister Theodorus Peltanus Ingolstadii, magister Martinus [6] Romae.

Hoc sciat Tua R., quod Pater noster prepositus cordi habet res louanienses; et cum primum re ipsa id ostendere poterit, faciet; ymo et tota inferior Germania, si uires suppeterent, experiretur propensissimum eius animum ad religionem fulciendam [a] in ea, et a tam multis erroribus uindicandam, ac animarum salutem omnibus modis promouendam.

Uale in Domino Jesu X.°, nosque omnes tuis orationibus et sacrificiis Deo commendare pergas. Romae X Januarii 1559.

Inscriptio. Eidem [Mtro. Adriano].

1079

PATRI EVERARDO MERCURIANO

ROMA 10 JANUARII 1559 [1].

Res collegii coloniensis ad normam instituti Societatis componendae.—De litteris quadrimestribus. —De modo se gerendi cum P. Adriano edocetur.—Collegii lovaniensis stabilis fundatio procuranda.—De sodalibus in Flandriam mittendis.—Quam ob causam aliqui, quorum nomina exprimuntur, mitti non possint.—De libri ab episcopo varmiensi compositi versione.—P. Goyssonius, templi Societatis Romae praefectus.—De ejusdem abdicatione bonorum temporalium.

Jesus. Pax X.[i] Riceuemmo quella de V. R. de 14 di 9.[bre], la quale è stata la prima dopo la sua partita di Padoua. Ci rallegramo con quella in Domino, intendendo il buon uiaggio che Dio N. S. li ha dato insino a Colonia et Louanio, et così speramo glie lo hauerà dato insino a Tornai, et gratia di far alcun buon frutto nel suo diuino seruitio.

---

a fulgiendam *ms.*

---

5 Gerardus Werdenus.

6 Martinus Stevordianus. Infra, epist. 1080.

1 Ex codice *Regest. V,* ff. 235v et 236r.

Del buon progresso delle cose di Colonia, nostro Padre con li altri ne ha preso consolatione. Crede che la intentione delli nostri sia finalmente accommodar il suo procedere all' instituto della Compagnia, quantunche ad tempus si dissimuli in molte cose, perchè alla longa non saria conueniente tener forma tanto diuersa, che la dispensatione si conuertessi in instituto, o modo ordinario di procedere [2]. Con hauer prese quelle case uicine credemo si potrà tener de apparte quella gente, della qual tengono cura li nostri: d' altre cose appertenenti al collegio coloniense uederà la R. V. per la inclusa che qui si manda al P. Leonardo [3].

Lettere quadrimestri si cominciano a mandare, et si mandaranno alla giornata altre. Potria essere che una parte si mandino adesso sotto il plico della R. V., et altre sotto il plico del P. Adriano [4]; se le potranno pur comunicare inuicem, et anche mandarle a Colonia, diuidendo li porti in qualche buon modo.

Della persona del P. Adriano si è considerato quel che conuenessi più a lui, et anche alla Compagnia. Quanto al suo modo de stare, et per le copie che qui uanno di due lettere a lui mandate [5], potrà la R. V. intendere il tutto, et con la discretione santa che Dio N. S. li darà, s' hauerà in tal modo con lui, che lo tenga consolato, et lo aiuti anche ad essere più utile alla giornata al ben commune. Et quando s' inclinassi detto Padre a lauorare fuora di Louanio nella uignia del Signor, pare saria da laudare il suo proposito, et si potria metter là un capo che fossi idoneo al gouerno, conforme al instituto nostro, il che tanto più saria necessario, se si accrescessi il numero de' nostri; et se la R. V. non faccessi residentia in Tornay, forsa la farebbe utilmente in Louanio. Insino a tanto che si possa accettar il collegio nostro in Louanio, tenendo beni stabili, non pare si possa far

---

[2] Lucem his afferent quae in epistola ad Kesselium habentur. Eam reperies apud *Lainii Monum.*, III, 561.

[3] P. Leonardus Kesselius, rector collegii coloniensis. Vide sequentem epistolam.

[4] P. Adrianus Adriani, rector lovaniensis collegii. Videatur praecedens epistola.

[5] Cf. paulo ante, epist. 1076, 1077.

disegno fermo delle cose di là; pur è bene che si uadiano disponendo li animi d' alcuni amici per aiutarlo con intrate, come ci scriue il P. Adriano. V. R. solliciti Mtro. Pietro de Ribadeneyra [6]; et se altro mezzo ci sarà opportuno, acciò che prima che si parta di là la maestà del re [7], si faccia il sforzo che si potrà per accettare il collegio nostro, et con la quiete della inuernata, et della triegua, forsa sarà tempo opportuno di mettere conclusione in questo negotio.

Del andar in là di Mtro. Martino [8], Mtro. Theodoro [9], et Mtro. Girardo [10], si potrà ueder quel che sarà espediente, trattando con quelli di Praga et d' Ingolstadio, doue stanno li due ultimi; et un' altra uolta si potrà far risposta col tempo: etiam si potrà ragionare del P. Lanoy [11], il quale per il presente non potria leuarsi de Alemagna. Il P. Gaudano [12] già lo tiene la R. V. in sua prouincia, et se gli è scritto per parte di nostro Padre, che si fermi in quella, attendendo a sua sanità, et a far il frutto che potrà nelle anime, senza preiuditio di quelle.

Il buon doctor Theodorico [13] andò alla prouincia celeste, benchè s' era designato per quella della bassa Alemagna. Per le lettere de Vienna del doctor Theodorico Canisio [14] si potrà ueder il particolare della persona sua, benchè già l' ho scritto in parte, mandando un capitolo d' una lettera del doctor Pietro Canisio, prouinciale.

Quelli 100 scudi de Tornai non si sono ancora riceuuti in Roma, perchè collui che doueua pagarli non li uuol dare in Roma. Già s' è scritto pur a Mtro. Pietro de Ribadeneyra; et se

---

6 P. Petrus Ribadeneira, negotiorum causa in curia regis versabatur, cujus operam apud regem, non semel nostri jam exquisiverant. Vide *Lainii Monum.*, III, 118, 328, 556.

7 Philippus II, qui suum in Hispaniam iter parabat. Ibid., 668.

8 Martinus Stevordianus. Supra, epist. 1078.

9 Theodorus Peltanus. Ibid.

10 Gerardus Werdenus. Ibid.

11 P. Nicolaus Lanojus, rector collegii ingolstadiensis. *Lainii Monum.*, III, 489, 500.

12 P. Nicolaus Gaudanus. Ad rem cf. epist. ad eum datam, ibid., 568.

13 P. Theodoricus Gerardi, amsterodamensis, de quo vide supra, epist. 1078, annot. 3.

14 Ibid., annot. 4.

in questo mezzo si trouarà uia d' hauerli, l' haueremo, et scontando il uiatico di V. R. et suoi compagni [15], il resto si tenerà per aiuto delli altri che si hanno a mandare a Tornai.

Della traduttione in tudesco di quelli libri del uescouo warmiense [16], si è parlato a lui medesimo significandoli la bona uolontà di quel doctor di Wormatia, nostro hospite, et pare che già altri hanno preso quello assunto, secondo che è informato il vescouo; et così credo in effetto sia il uero, perchè li nostri istessi, cioè il Padre dottor Pietro Canisio, et il Padre D. Lanoy, lo hanno detto o scritto; sempre però è da ringratiare la bona uolontà di quel doctore.

Qui ua una lettera o due del P. Vrsmaro [17], prefecto della nostra chiesa di Roma. V. R. ueda se per se, o per altro, uorrà exeguire quel che dice sua lettera quanto al suo canonicato, il quale con parer di nostro Padre ha renunciato a uno de suoi nepoti; ma in tal modo, che se non parerà alla R. V. conueniente, si può disfar la renuncia. Et quanto alla casa, la quale lui ha donato alla Compagnia nostra, prima che fusse professo; saria ben si uendessi, et si mandarà la procura di nostro Padre, et del medesimo Mtro. Vrsmaro, quando sia tempo. Li frutti che in absentia si potranno riscotere s'intende fin' alla profession di detto Padre, il quale la fece nel 56, credo nel mese di Febraro [18].

D' altre cose intenderà la R. V. per le lettere communi che a lei in parte, et in parte al P. Adriano si mandano; et se ci darà un modo certo de drizzar le lettere in là, si li mandaranno per l' auenire più copiosamente. Al P. Mtro. Antonio [19], et Mtro. Gioan Mortagno [20] molto ci raccomandiamo.

X.° nostro signore a tutti dia sua gratia per sentir sempre et adempire sua santissima uolontà.

---

[15] Haec intelligenda sunt de P. Mercuriani, Roma, quo ad comitia Societatis venerat, in Flandriam reditu.

[16] Stanislaus Hosius. Cf. epist. 1058, annot. 7.

[17] P. Ursmarus Goyssonius. Videnda est inferius apponenda epist., sub n. 1114.

[18] Videantur *Lainii Monum.*, III, 491, annot. 21.

[19] P. Antonius Boucletus.

[20] P. Joannes Mortagne. Cf. loc. cit., 557, 642, 644.

De Roma X di Gennaio 1559.
Inscriptio. Mtro. Euerardo.

1080

PATRI LEONARDO KESSELIO

ROMA 10 JANUARII 1559 [1].

De prospero rerum coloniensium cursu laetatur.—Cur Stevordianus Coloniam mitti non possit.—De concionatore, a Canisio promisso.—Cum Romae non suppetant fratres, qui mittantur, Germaniae provincias mutuo se adjuvare oportet.—De quodam negotio a P. Theodorico Canisio in patria expediendo.—De novis collegio adjunctis aedibus.—Omnia, quoad fieri possit, ad normam instituti palam componenda.—De alumnis candidatis, an eos Romam mittere expediat necne.—Kesselius collegio denuo praeficitur.—De Joanne Groppero et Gerardo Hammontano.

Jesus. Accepimus R. V. litteras, prima Septembris ad nos datas, cum aliis Patris Henrici [2], ac Patris Costerii [3], quarum ultima, octaua Nouembris fui[t] scripta; et ex his et aliis litteris [4] Patris Euerardi [5], prouincialis, multum consolationis in Domino accepimus, bonum progressum intelligendo spiritualis edificationis, tum in nostris fratribus, tum in conuictoribus, tum etiam in aliis scholasticis, immo et in populo coloniensi. Promoueat in dies magis atque magis suum opus diuina bonitas, ad Germaniae spiritualem utilitatem et nominis sui gloriam.

De magistro Martino Steuordiano [a] [6] mittendo ad uos, actum est quidem; sed quia nuper uenit in Urbem, in qua theologicis studiis seriam operam dare coepit, non uideretur consultum tam

[a] Steruodiano *ms.*

[1] Ex codice *Regest. V,* ff. 236v et 237r.

[2] P. Henricus Dionysius.

[3] P. Franciscus Costerus.

[4] Nullam ex his hactenus videre licuit, verum plurimum ad rem conferent, quas supra, sub nn. 1040 et 1041 protulimus.

[5] P. Everardus Mercurianus, inferioris Germaniae provincialis.

[6] De Mtro. Martino Stevordiano relegantur epist. 1078, 1079; item *Lainii Monum.,* III, 330, 339.

immature studium eius abrumpere, cum praesertim in rebus etiam ad proprium in spiritu profectum spectantibus, non mediocrem progressum facit. Quod autem Rmus. archiepiscopus [7] dicit promissum sibi fuisse concionatorem a Patre Canisio [8], eidem (qui breui augustane dietae aderit) scribere oportebit. Pater quidem noster res colonienses iuuare pro uiribus in animo habet. Sed non uidet modo Romae quenquam qui studia sua confecerit, qui isthuc transmitti possit. De ministro etiam mittendo Coloniam scripsit idem P. Euerardus, sed germanum ad huiusmodi ministerium idoneum hic non uidemus. Posset etiam V. R. ea de re scribere Patri Canisio, quia equum esset superiorem et inferiorem Germania[m] mutuis [b] auxiliis se iuuare.

D. Theodoricus Canisius propediem [c], ut speramus, proficiscetur Noviomagum: certe post festum paschae, quod satis mature hoc anno celebrabitur mense Martii [9], quanuis redeundum erit ei in superiorem Germaniam, confectis negociis propter quae iter suscepturus est [10].

Pergratum fuit Patri nostro ac reliquis intelligere, quod tres illae uel quatuor domus, acceptae sint bona uenia senatus [11]; sic enim fiet ut conuictores seorsum a nostris institui possint [12], quanuis aliqui selecti cum eis uersentur, et reliqui ad id designati, cum opus erit, eos inuisant. Inde consequetur, ut et nostri magis accedere possint ad institutum nostrae Societatis obseruandum. Quanuis enim ad tempus conniuendum [d] fuisse uideatur multis in rebus, ut omnia omnibus fieret Societas, ut omnes lu-

---

[b] multis *ms.* —[c] prope die *ms.* —[d] condiuendum *ms.*

---

[7] Joannes Gebhardus Mansfeldius, de quo vide epist. 1040, annot. 4; 1041, annot. 3.

[8] P. Petrus Canisius, superioris Germaniae provincialis.

[9] Incidit scilicet in diem Martii 26.

[10] Relegantur epist. 1074, annot. 7; 1075, annot. 9.

[11] En quae de his aedibus affert REIFFENBERG, *Hist. prov. rhen.*, I, 72, annot. t : «Aedes hae Ruremundanae (alii *Romuna* vocant) erant in vico S. Maximini. Emptae sunt anno 1558, 15tâ Nov. 1500 daleris, et earundem nomen assentiente senatu e tabulis publicis *(scrinium* vulgo appellant) expunctum est» etc.

[12] De hac re videnda sunt *Lainii Monum.*, III, 40, 561.

crifaceret, tandem memor sit oportet instituti nostri, et quoad eius fieri possit, ad id accedat, et aperte profiteatur se ipsam, ac suam uiuendi formulam, quam in superiori Germania ac Bohemia, et ubique gentium, praeterquam Coloniae, profitetur. Non reprehenditur quidem consilium uestrum, quo hactenus usi fuistis, ut prius opera ipsa, quam nomem nostrae Societatis coloniensibus innotescere curaretis; sed aliquando, ut dixi, aperta fronte incedendum erit, vt et nomen et exercitatio Societatis cognoscatur.

De pecunia illa, quam intelligimus a collegii regente admitti, ne aliis iniuriam facere, aut damnum inferre existimetur, aliquid excogitandum esset boni, cuiusmodi hoc erit, si in aliquod pium opus admissa pecunia destinetur, ita ut constet in usus nostros non conuerti, quanuis in gratiam aliorum ad tempus admittatur [e]. Scribat V. R. quid hac de re sentiat, quid etiam P. Henricus, quid Patres Rethius [15] et Costerius faciendum existiment.

Visum erat his diebus Patri nostro preposito in memoriam reducendum esse V. R. posse aliquos bona indole praeditos ex scholasticis nostris coloniensibus Romam mitti. Nam iam diu nullum ad nos misit Colonia, quae tamen complures mittere solebat. Postea tamen ceptum est dubitari an expediret scholasticos Coloniae in Societatem admitti, uel etiam in Vrbe[m] amandari, quia fieri posset fortassis, ut increbesceret rumor hic plus satis, et multos auerteret a scholis nostris, quas expedit omnino a multis undecunque confluentibus frequentari. Scribat ergo etiam hac in parte V. R. suam et trium iam dictorum, sententiam: An scilicet admitti Coloniae et Romam transmitti aliquos expediat, ea dexteritate rem transigendo, ut non sit quod parentes scolasticorum filiis suis timeant, ac proinde a scholis nostris remoueant.

Si per alias litteras non esset significatum R. V., ut suppremam haberet curam nostrorum, qui Coloniae uersantur, iam id significat Pater noster praepositus, et si litteras patentes non accepit, et eis opus esse existimabit, V. R. id scribat, et patentes litterae mittentur.

---

e admittantur *ms.*

---

15 P. Joannes Rethius.

También es algún motiuo para desear yo esto el exemplo que se daría á los que en algún tiempo, tan indeuidamente hizieron en el mundo algún caso de mí, y en la Compañía, también se desengañarían hartos, que tienen por muy baxo vn tan alto ministerio, pues aun no están desengañados en parecerles que no me uernía á mí tan ancho como yo juzgo. Por amor del Señor que V. P. le mande encomendar esto y me responda con breuedad si fuere seruido; que si yo entendiese que en esta prouincia no ay más de vno á quien se pudiese encargar el gouierno della, no osaría hablar en tal materia; mas donde está el P. D. Antonio, y el P. Doctor Plaça [10], que es professo, y el P. Alonso López, que también hará professión luego en viniendo el P. Francisco aquí, por el orden que truxo de V. P. el P. Doctor Plaça, no quedará desierta la prouincia de quien la pueda gouernar. Y si yo valiere algo para este gouierno, V. P. me podrá mandar que sea collateral del provincial, que aunque para esto no valgo, atréuome á dezirlo así como quien trata de venir de lo más á lo menos, no embargante que en la religión lo que es menos en la extimación de los hombres, eso se deue tener por más en el acatamiento de Dios. Y porque lo demás que toca á los negocios escriuiré al P. Mtro. Polanco, no cansaré á V. P. con más larga carta.

En los sanctos sacrificios de V. P. humilmente me encomiendo. De Montilla vltimo de Agosto, [1559].

De V. P. indigno hijo y sieruo en el Señor nuestro,

BUSTAMANTE.

---

[10] P. Joannes de la Plaza, rector collegii granatensis.

Inscriptio. Jhs. [Al muy] Rdo. Padre nuestro en Christo el P. [M.°] Laynez, prepósito general [de la] Compañía de Jhs., en Roma.

Alia manu. C. 1559. Receuida á 10 de Otubre.

Vestigium sigilli.

1241

PATER MICHAËL TURRIANUS

PATRI JACOBO LAINIO

OLISIPONE 4 SEPTEMBRIS 1559 [1].

Pluribus probat divinum officium publice canendum Societatis fini repugnare.—Neque dubitat quin Paulus IV, rerum momentis omnibus perpensis, in eamdem veniat sententiam.

Jhs. Postquam in prouinciam nostram peruenimus, perquam reverende in Christo Pater, cum primum licuit, agere coepimus, ut oportebat, quemadmodum quod sanctissimus Pater noster Paulus IV de choro statuerat [2], hic etiam apud nos perficeretur. Verum multae res se nobis cogitantibus obtulerunt, non mediocriter officientes institutis et rationibus Societatis nostrae, quas beatissimus Pater Paulus IV, et qui ante eum fuerunt pontifices maximi, et approbarunt, et apostolica auctoritate sibi concessa, sanctissime confirmarunt. Itaque priusquam res ad exitum perduceretur, non exiguis difficultatibus commoti, decreuimus ea potestate uti, quam nobis pontificia iura concedunt in capite *Si quando* de rescriptis, ac proinde sanctissimus Pater noster non negabit. Nam ubi pontifex talis, et Christi vicarius penitus cognorit, quantum in re sit incommodi, et quam multa obstant, pro certo habemus fore, ut prouideat quemadmodum et Deo major in dies gloria quaeratur, et uniuersa Societas perfectius instituto suo uiuat. Intellexit enim beatissimus Pater non solum re atque ipso usu, quam difficiles res, et arduas Deus Opt. Max.

---

[1] Ex archetypo in codice *Lus. 60, 1556-1560,* ff. 140-144, ant. 54-62.

[2] Vide *Lainii Monum.,* III, 538, annot. 14.

per hanc minimam Societatem effecerit, sed etiam cogitatione, quam perfecta sit illius uiuendi ratio, quam conueniens rationi olim a Christo, Ecclesia nascente, institutae. Etenim quis est, qui non intelligat, perfectionem christianae uitae in duobus illis Dei praescriptis esse positam, «Diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum sicut te ipsum?» [3]. Priorem sane locum in officio prius praeceptum obtinet, posterius secundum, sed his duobus omnis absolutae uirtutis pulchritudo continetur. Religionem autem esse ordinem quemdam, et quasi ludum officii perfecti, omnes doctores, multa decreta pontificum, multa concilia testantur. Ex quo necessario efficitur, ut quaeque religio ad hunc finem propositum, amandi Dei et proximi, maxime accedit, ita perfectissimam iudicari oportere. Eo autem unaquaeque magis accedit, quo exercitationes habet magis appositas ad consequendum finem. Quod si paucioribus adiumentis bene cum eo congruentibus, quam pluribus finem facilius assequimur, ut Aristoteles ipse scriptum reliquit, perspicuum profecto est, hanc conuenientiam exercitationum, et finis ad quem referuntur, non ex multitudine, sed ex comparatione et proportione esse ponderandam. Ac Societati quidem illud esse propositum, ut quicumque eam sequuntur, primum se ipsi parenti et effectori suo Deo coniungant, et salutem aeternam, illo iuuante, consequi nitantur; deinde, eodem adiutore, uel potius auctore, omni contentione neruorum omnes homines ad eundem finem perducere conentur, uel ex eius constitutionibus cognosci potest: quod quam sit absolutum atque perfectum in omni officii christiani ratione, nemo est qui non uideat, nemo qui non intelligat. Restat solum ut significemus quibus rebus ad eum quem optat exitum, peruenire contendat. Primum de amando Deo, tum de diligendis et iuuandis caeteris hominibus dicemus.

Ad amandum et colendum Deum habet haec minima Societas, quod est ei commune cum omnibus familiis religiosorum, tria uota paupertatis, obedientiae et castitatis, in quibus omnis uis religionis consistit. Haec quam sint ad consequendum finem

---

[3] MATTH., XXII, 37 et 39.

idonea satis constat. Praeterea ut ex constitutionibus ipsis perspicitur, duo alia adiumenta Societas adhibere solet, quae in frangendis appetitionibus et uoluntate, et in meditatione rerum diuinarum et contemplatione cernuntur. Haec quam pulchre cum fine congruant, quantamque uim habeant, tum ad perfectionem christianae uitae, tum ad uota conseruanda, et animos Deo coniungendos, significat S. Thomas in 2.ª 2.ªᵉ, quaestione 82, art. 3, ex quo loco colligitur, ut finem optatum sine necessariis adiumentis, aut effectum sine causa, aut alicuius insulae portum sine nauigio; sic religionem animi reipsa sine assidua exercitatione causarum, a quibus efficiatur, et eorum quae uim aliquam ad conficiendum afferant, obtineri non posse: sed illud praetereundum non est, quod cum sint apta et idonea, sunt etiam pauca, quod non parum est utile, ut finem propositum facilius adipiscamur. Atque haec de priore praecepto.

Vt ad alterum ueniamus, cum nihil sit aliud amare proximum, nisi ei bene cupere, eo major aduersus illum amor putandus est, quo majora illi bona optamus. Ex quo efficitur eum perfecte amare proximum suum, qui optat ut ille unum efficiatur cum Deo, quod est summum bonum. Hoc autem non solum uelle maxime, sed etiam pro uiribus operam dare Societatem, tum eius instituta, tum exercitationes facile declarant. Et quoniam «Probatio dilectionis exhibitio est operis» [1], ex iis quae Deus per Societatem efficit satis apparet quam impense non modo cupiat, sed etiam elaboret, ut omnes summum bonum assequantur. Id ut obtineat illis adiumentis utitur, quae una ex omnibus maxime, et idonea et necessaria, et efficacia putantur. Audit confitentes de peccatis, ministrat sacramentum corporis Christi, concionatur, docet populum, iuuat morientes, dissidentes inter se reducit in gratiam, educat in litteris et uirtutibus iuuentutem. Haec et huiusmodi alia, quae in his exercendis sese offerunt, plus exhibent negotii, quam existimare possunt qui non uiderunt. Etiam si nostri multo plures essent, non possent omnibus satisfacere, qui his adiumentis egent, ne de recto itinere deflectant, et Deo opifici

---

[1] S. Greg., *Homil.* XXX, § 1.

omnium rerum coniungantur. Quare cum Societatis finis sit tam perfectus, tam utilis, tam necessarius Ecclesiae uniuersae, et qui in ea uiuunt quamuis plurimi, si cum locis, temporibus, negotiis, quibus oportet subueniri proximo, conferantur, paucissimi uideri debent, prorsus adducimur, ut credamus beatissimum Patrem nostrum Paulum, tam studiosum iuuandae reipublicae christianae, tam ardentem in corrigenda morum disciplina, tam diligentem in statu Ecclesiae ad pristinam dignitatem uindicando, si rem bene penitusque perspexerit, non modo nihil aliud negotii nobis esse daturum, quod hisce rebus impedimenta esse possint, sed etiam ablaturum fuisse, si iam pridem accepissemus, etiamsi rectum et honestum uideretur, ut nobis omnibus uidetur chorus. Non enim dubitamus, quin omnibus in rebus Dei uoluntatem anteponat suae, quem in Euangelio clamantem audimus «Messis quidem multa, operarii autem pauci» [5].

Quod si quando uere dici potuit, potuit autem saepe, his maxime temporibus, non sine dolore animi uociferandum est. Nam cum innumerae gentes barbarae, et immanes, uariis erroribus occaecatae nunc primum Euangelii lucem ad matris Ecclesiae gremium reuocentur, operariorum numerus, qui erant ad hanc messem colligendam necessarii, in dies magis in his locis diminuitur, fortasse quia hoc supplicium commeruerunt peccata nostra, et si quid metitur, id magno labore ac sudore, quamuis non sine fructu, et utilitate animarum, metitur per hanc minimam Societatem. Testis est Lusitania, testis Betica, testis Hispania citerior, testis Italia, Germania, Gallia, Flandria, India, America, Africa, Aethiopia, Jappon, caeteraeque terrae, unde nostros aduocare non desinunt, ut sanctissimo Patri nostro Paulo significatum esse arbitramur [6]. Quod si nunc cum nonnullis fortasse uidemur otiosi, tot gentium tam piis postulationibus satisfieri non potest, propterea quod ne his quidem quae sunt in maribus potest esse sa-

---

[5] MATTH., IX, 37.

[6] Haec non ita esse intelligenda patet, quasi Turrianus detrahere aliquid voluerit aliis operariis evangelicis, quorum laus in Ecclesia est. Si quid autem aliud verba sonare videantur, id oratorio scribendi modo tribuendum est.

tis, uel numerus, uel labor, uel industria, quid futurum speramus, si nouis negotiis et occupationibus districti, ab instituto nostro auocemur? Iam uero, finis ille quaerendi pro uiribus salutem aeternam omnibus hominibus, qui est Societati praepositus, et ipsis, quibus suum bonum quaeritur, maxime conuenit, et Deo Opt. Max., cui nullum sacrificium est magis acceptum, quam zelus animarum; qui tanto est excellentior fine proposito ordinibus militaribus ad defendendum populum christianum ab impetu infidelium institutis, quanto animi bona corporis bonis antecellunt. Quodsi tanto studiosius sua cuique adiumenta conservanda sunt, impedimenta tollenda, quanto caeteris excellit, et ordinibus militaribus chorum imperari parum consentaneum uideretur, cum ea res exercitationem armorum impediret, quibus illi suum finem assequuntur, quis erit qui eundem imperari oportere Societati contendat, cum id omnes funditus exercitationes tollat, quibus illa iuuare omnes homines, et cum Deo coniungere contendit; praesertim, cum omnes sentiant, ac plane uideant, his tam dubiis periculosisque reipublicae christianae temporibus, multo majoribus uiribus et assiduitate opus esse ad animorum salutem conseruandam, quam ad bella hostium quamuis infestissimorum repellenda ?

Preterea in cap. *Licet* «De regularibus» ita scriptum inuenimus: *Quoniam sicut maius bonum minori praeponitur, ita communis utilitas speciali utilitati praefertur, et in hoc casu recte praeponitur doctrina silentio, solicitudo contemplationi, et labor quieti: ad quod utique designandum unigenitus Dei filius Jesus Christus non de Raquele secundum carnem natus est, sed de Lia, nec legitur eum in domum suam Maria excepisse, sed Martha. Unde quando potest episcopus pariter praeesse, et prodesse, non debet cedendi licentiam postulare, aut obtinere.* Ex quibus pontificis uerbis perpicuum est, quanti faciat Ecclesia catholica fructum animarum. Quod si santissimus Pater superiorum pontificum uestigia secutus, et exempla, ei episcopo qui populo prodesse potest, non concederet cedendi facultatem, seseque religioso alicui instituto addicendi, ut se choro, ac silentio penitus dederet, quis crederet eundem hoc fore animo, ut uelit, aut etiam

patiatur, vniuersam Societatem atrocissimis temporibus in choro esse occupatam, cum ei propositum sit, remotis occupationibus chori, quibus supra diximus modis seruire saluti animarum, et ad eam unam rem sit a Domino uocata? quam multos fructus his paucis annis populo christiano Dei benignitate attulit? quam multos singulis diebus affert? quam uehementer a superioribus pontificibus probata est, quam studiose defensa? et nunc etiam a beatissimo Patre, quanto studio et probatur et defenditur ad hunc finem consequendum? qui plane tolleretur si totos dies in choro consumeremus, cum adiumenta quibus utimur cum eo cohaerere non possint. Conuellerentur instituta nostra, regulae omnes euerterentur, et aut id sequi cogeremur quod non suscepissemus, aut id suscipere, quod est alienissimum a uocatione nostra. Non potest autem is hominum religiosorum coetus esse diuturnus, haec ubi euenerunt. Commemorare possem quantum detrimenti apud maiores nostros aliquando sanctissimae religiones acceperint, quod ab instituto suo auocatae ad aliam quandam uiuendi rationem fuerint traductae. Sed non utar longiore oratione, non exponam rerum uarios euentus: ipsorum religiosorum hominum integerrimorum ero conffessione contentus, quos saepenumero quaerentes audimus, et harum commutationum incommoda lamentantes. Quod si Societatis ipsius commoda negligenda esse ducimus (quae certe omni ope nobis sanctissimoque Patri nostro Paulo tuendae sunt) sed si ea tantisper contemni oportere statuimus, dum publicae saluti seruiatur, ipsius ne etiam reipublicae christianae utilitates contemnemus? quae certe non solum ubique gentium, quo quidem Societas peruenerit, pristinos fructus desideraret, quos illa angustiis temporis exclusa, et suis adiumentis a Deo acceptis destituta ferre non ualeret, sed etiam disiunctissimas terrarum oras, quas partim christiani, partim barbari obtinent, unde nostri quotidie accersuntur, hoc tanto beneficio, et munere carere doleret. Nam cum exterae nationes ejusmodi uiris egeant, a quibus et christianam religionem, et coelestem doctrinam accipiant, quos et multi iam efflagitant, et plures in dies, speramus, efflagitabunt, Societatis huius alumni non eis subuenire possent cum non minus essent in choro occu-

pati, quam caeteri religiosi, quos nullo pacto id facere posse uidemus. Nos quidem fore credimus, ut Deus Opt.-Max. huic inopiae subueniat, ut caeteris solet, si beatissimus Pater noster Paulus nos omnino chorum accipere debere decreuerit: sed quamdiu ueremur ne contra accidat, non uidetur consentaneum rationi, cum intelligat magnos ferre fructus Societatem in quascumque regiones delata est, et apud barbaros et apud christianos, dubia certis anteponere, praesertim iis, quae a Deo tradita per pontifices Christi vicarios, ab iisdem apostolica auctoritate, tam saepe, et comprobata, et confirmata sunt. Quodsi quis utrumque pariter fieri posse dicat, ut et proximum iuuemus ad eum finem, quem optamus consequendum, et diuinas precationes solemni ritu decantemus, neque alterum obstare alteri, ipso usu longe aliter se rem habere didicimus. Primum enim ut Societas adiumentis suis tam idoneis utatur, ualde necessaria est literarum scientia, ut uidere est in cap. *Cum ex eo,* de electione, lib. 6. Sed qui porro argumenter? adeo cupit Ecclesia uniuersa eos, qui iuuare nituntur caeteros, esse literatos, ut cum iura diuina praescribant, ne suas oues destituant ii, quorum fidei sunt commissae, tamen ecclesiarum pastoribus potestate permisserit, ut septem annos abesse possint discendi gratia, et eis interim ecclesiae ipsae sumptus necessarios suppeditare cogantur. At quis unquam in studio literarum frequens, et assiduus esse possit totos dies, atque noctes occupationibus chori distentus? aut quid magis repugnans inueniri potest, quam eundem et bonas artes diligenter addiscere, et omne uitae suae tempus, uel in exercitatione canendi, uel in precationibus diuinis decantandis, collocare? Nullo modo res tam discrepantes inter se, ac dissidentes cohaerere possunt; alteram tolli prorsus necesse est, ubi altera coeperit uigere. An non illi ipsi religiosi, qui maiorum institutis chorum amplectuntur, si quando aliquid eorum, in quibus instituto suo tota Societas occupata est, sese obtulit non quaerentibus, hac necessitate chori, et caeteris religioni suae congruentibus occupationibus liberi ac soluti esse iubentur? Itaque in multis collegiis, quae passim in omnibus academiis habent constituta, chorus non est, et in ipsis monasteriis, quae ad comparandam do-

ctrinam instituta non sunt, si qui literis uel propter concionandi necessitatem, uel ob aliam quamcumque causam operam nauare coguntur, et quicumque confessiones peccatorum audiunt, iis more, institutoque maiorum, per eos, qui praesunt, solennibus precationibus decantandis non interesse licet, nec sane iniuria. Nam cum alterum alteri repugnet, neque cum eo possit ullo pacto coharere, sapienter id sequuntur, quod proximis utilius, Deo Opt. Max. gratius esse cognoscunt. Eripientur igitur Societati adiumenta sua tam utilia omnibus tam necessaria? Cum nos literarum studia necessaria uocabunt, ad canendum ire oportere respondebimus? Si ad confessiones audiendas, ad consolandos eos, qui tenentur in uinculis, ad docendum populum, ad erudiendam iuuentutem, ad eos iuuandos qui moriuntur, accerssemur, a choro nos abesse non posse dicemus? Si quis postulabit aut imperabit, ut concionem habeamus, causabimur nobis non esse tantum otii cum nocturnum diuturnumque tempus in diuinis precationibus decantandis consumatur? Non, inquies, sed qui ista tractabunt, ut apud caeteros religiosos, sic etiam apud vos omnibus aliis negotiis expediti erunt. Non est eadem apud nos, et apud caeteros ratio: nihil dissimilius fieri aut cogitari potest. Illi ad religiosum otium uocati sunt, nos ad laborem necessarium: illi tantum temporis tribuunt hisce rebus, quantum occupatio canendi et precandi concedit, nos quantum potest cibo et necessariae quieti detrahi: illi multos in coetibus suis habent, qui uni symphoniae seruiant, cum pauci obeant ea munera, quae subimus; nos omnes aut literas discimus, aut docemus, aut concionamur, aut christianam doctrinam populo explicamus, aut confitentes de peccatis audimus, aut eos qui sunt in uinculis consolamur, aut iam iam morientes ad spem uitae melioris excitamus, praeterea nullos habemus, nisi domesticis officiis necessarios, nec habere possumus, cum illa quae diximus, uel infinitam multitudinem requirant. Quodsi nonnullis in templis maximis, quicumque uel diuinam doctrinam exponunt, uel sacramentum quoduis populo exhibent, etiamsi solennibus precationibus non adsint, inter praesentes ueteri instituto numerantur, et de pecunia, quae quotidie diuiditur iis, qui intersunt, pro rata parte accipiunt, quis

miretur Societatem uocationem huius muneris postulare, quae tota et in docendis populis, et in sacramentis administrandis, et in aliis plurimis rebus tam fructuose occupata est? Alii etiam religiosi uetustissimis exercitanionibus et suis maxime liberantur, ut hisce rebus tanti momenti possint esse satis; Societas, quam Deus ob eamdem causam ab initio liberam, et expeditam esse uoluit, nouis negotiis et ab instituto suo alienis illaqueabitur et impedietur? Equidem caeteros hominum conuentus religionis et pietatis studio sociatos hanc eamdem, quam nos modo sequimur, rationem initio tenuisse credo, sed postea hac introducta consuetudine, quamuis honestissima, precandi cum solenni cantu, illas alias exercitationes, in quibus omnia momenta sunt, uel omnino abiicere, uel certe magna ex parte relinquere coactos esse. Itaque factum est, ut cum in eodem monasterio triginta uersentur, unus tantum inter eos concionator reperiatur, et item unus aut alter, qui confessiones peccatorum possit audire, caeteri enim partim in canendo occupati sunt, partim caeteris necessario famulantur. Non parum etiam apud nos ualet eorum animus et consilium, qui in hisce regnis collegia constituerant. Nam per alumnos Societatis, et eius instituta, eorum, quibus imperant incommodis et malis subuenire uoluerunt, et ob eam causam tantos eis redditus attribuerunt, ut quotquot hisce sumptibus ali possent, literas discentes fierent idonei sacramentorum ac doctrinae coelestis ministratores. Videbant enim et christianos ipsos bonis egere doctoribus, et cum multas barbaras nationes attributas haberent, ut eas sub suam potestatem ditionemque subiicerent, et adiungerent ad populum christianum, necessarios esse ministros aliquos suorum commodorum contemnentes, per quos et qui uincti iam essent religione imbuerentur, et qui nondum essent superati prius fide, quam armis subigerentur.

Atque hoc quidem iam dudum inchoatum est, sed sine literarum scientia ad exitum deduci non potest. Quod cum sit ab ipsa natura praescriptum, ut uoluntas defuncti omnibus modis adimpleatur, si beatissimus Pater Paulus hanc mentem sciret fuisse eorum, qui haec collegia constituerunt, aliter numquam tantum et pecuniae et laboris fuisse consumpturos, ni se hac una ratione

simul, et regum et antistitum officio satis facere posse putarent, nullo modo talium principum, tam amantium publicae salutis, expectationem falli pateretur. Timeret enim offensionem animorum, uereretur hominum sermonem atque famam: qui cum ipsi proximis annis uiderint, quanto labore, quibus sumptibus maximi principes haec collegia constituerint, amplificarint, ornarint, ad eum finem quem supra diximus consequendum, si nunc quod optabant non eos obtinuisse cernerent, aut certe non ut eorum et sperabat pietas et officium postulabat, moderate et aequo animo ferre non possent. Nam cum aliquando propter animarum nostrarum utilitatem nos paulo magis collegissemus, quam antea solebamus, quod multo minus nos impediebat, quam chorus impediet, tumultuari omnes et palam conqueri coeperunt. Nec sane mirum uideri debet, multitudinem sic esse commotam. Sic enim hac nostra ratione delectantur, sic nos omnes sibi obstrictos et deuinctos esse existimant, siue aegrotent, siue confiteri uelint, siue quid aliud animarum salus efflagitet, ut raro aliarum familiarum uiros religiosos ad eam rem accerssant, quamuis non procul habitent, et ad nos quouis tempore, uel nocte intempesta se conferant, tanquam haec officia (quod non multa [*sic*] secus existimant, ac res est) omnibus hominibus, omnibus momentis deberemus. Nobis certe neque sacerdotes, neque socii possunt sufficere, qui eos comitentur, et cum alii religiosi in suis monasteriis satis otii suis studiis suppeditare possint, nos uix ea legere possumus, quae ad ipsa negotia conficienda sunt necessaria, in iis domibus, quae sunt ad caeteros iuuandos institutae. Nam cum a Deo conuocati simus, ut omnium utilitati, et saluti seruiamus, iure optimo laetamur, eam esse de nobis existimationem, quae siquando nos studium ardorque defecerit, uel inuitos ad laborem possit impellere. Haec populi totius opinio, tam penitus insita, tam uetusta, etsi laborem affert non exiguum, tamen nos uehementer reficit, et recreat tacita quadam, et occulta uoluptate. Quodsi nos nunc paulo secus uitam institueremus, et opinionem tantam ex hominum animis niteremur euellere, multi sane multi magno dolore afficerentur, et offenderentur multi. Haec incommoda tam multa, tam grauia cum reipsa docti non injuria reformidaremus,

praesertim offensionem popularem ex collegiorum constitutione profectam, quae constitutio, et iure ipso districtos nos et obligatos tenet, et neglecta, multa mala pareret, ut uidetur, non ingratum, aut molestum beatissimo Patri nostro Paulo fore duximus, si ex illo cap. *Si quando,* re integra de omnibus eum certiorem faceremus.

Deus Opt. Max., cuius nutu et ditione sola terrarum gubernantur, qui quod euenturum est perinde uidet, ac si iam esset; cui sanctissimum Patrem Paulum in omnibus rebus placere cupere non dubitamus, ei demostret, quid sit uniuersae reipublicae christianae salutarius futurum [7]. Interim, reverende Pater, in tuis et precationibus, et sacrificiis, optamus te omnium nostrum recordari. Vale. Ulyssipone pridie nonas Septembris 1559.

Indignus et inutilis filius P. V.,

TORRES.

Inscriptio. Al muy Rdo. en Cristo Padre el P. Mro. Diego Laynez, prepósito [general de la] Compañía de [Jesús]. En Roma.

Sigilli vestigium.

1242

DOCTOR HANUS, MEDICUS

PATRI JACOBO LAINIO

ALMAZANO 13 SEPTEMBRIS 1559 [1].

Collegium Societatis Almazani institui exoptat.—Patentes fraternitatis litteras sibi suaeque familiae postulat.

✝ Rmo. ac sapientissimo Patri Jacobo Lainez, sodalitii nominis Jesu generalissimo doctor Hanus medicus. S.

Gratia Domini nostri Jesu Christi etc. Cum sacrum hunc tuum ordinem, Pater celeberrime, tanquam basilicam habeamus sacramque anchoram, ac domum, in quam fugientes huius seculi labores euadimus; cumque patri[a]e, parentibus et amicis na-

[7] Vide paulo infra apponendum, huic epistolae responsum, n. 1255.

[1] Ex codice *Hispan. Epist. 1556-1559,* 2 ff., n. 310.

tos nos fuisse dixerit ille: non est cur, tot negotiis obrutus [*sic*] parentum, patri[a]e ac amicorum non memineris. Recordaberis autem quando paternam hanc domum (qua primos edisti vagitus) ad laudes Deo Opt. Max., per hos tuos sacrificos mystas, reddendas destinaueris [2]; messis namque istuc multa est, inculta equidem, vepribus ac lappis obsita, operarii autem paucissimi, ac fere nulli [3]. Tibi igitur in hoc omnes nos subcumbimus vni [4] (cum Nasone), oroque (cum poeta) miserere [5] laborum tantorum; et vt matris miserearis (vt Seneca orat) eiusque preces placidus, pius patiensque recipias: te enim tanquam pr[a]esente mater fruetur, cum hos fratres, per te huc missos, contemplata fuerit. Vitia (crede mihi) hanc regionem (qua primam hausisti auram) inficientia, monstraque, hydriis [*sic*] hercle, nocentiora, quiescenter habitant; quorum dum vnum caput remisse scinditur (remissa namque sunt auxilia fere omnia qu[a]e nobis 1.° admouentur episcopio), septem, pejora prioribus, pullulantia cernimus capitalia damna quotidie emergentia. Verumtamen, quia vbicunque hic tuus sacer ordo floret lang[u]ores huius vit[a]e fragilis evanuisse videmus, vt amicorum precibus hoc exorantium mouearis exposco, et huius dilect[a]e patri[a]e hoc aprime optantis, ut preces exaudias et expeto et expecto.

Illustrissimum autem comitem nostrum, D. Franciscum Mendoçium [6], obliuioni ne tradas caue: qui cum eo natus sit anno, quo hinc di[s]ces[s]isti, superi illum superstitem incolumemque seruant, donec coenobio isto tuo ipse fruatur, teque huc redeuntem videat; ac denique senex tuis tuorumque precibus, gaudiis [a] perfruatur [a]eternis. Et quia ego ipse medicus, matris [7] sororum-

[a] *Obliteratum est, hoc loco, verbum* denique, *in ms.*

[2] Clarissima haec fient legenti *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, V, 56-57, 81; praesertim vero ipsius *Lainii Monum.*, I, 220-221.

[3] MATTH., IX, 37.

[4] PUBL. OVID. NASO, *Metamorphoseon*, l. XIII, v. 856.

[5] Ibid., v. 855.

[6] Franciscus Hurtadus de Mendoza IV dux Montis acuti (Monteagudo). Vide ipsius ad Lainium epistolam, sub n. 1093.

[7] Elisabeth Gómez de León, Lainii mater, cujus epistolam ad filium

que verus amicus, vsque ad aras futurus, medicamine egeo spirituali, com[m]unionem videlicet tanti ordinis mihi, Joann[a]eque Vazquez dilect[a]e conjugi, ac decem filiis quibus abundo, vt confraternitatis instrumentum mittas exoro: vt qui corporis [a]egritudinibus tuorum huc sub[v]enio, istuc anim[a]e me[a]e morbis te opitulantem sentiam. Vale. Almasani [8] idibus Septembris 1559.

Conjux ceram benedictam (quam agnum Dei vocant) vt mittas obsecrat: foemineus namque sexus talibus proficit benedictionibus.

Inscriptio. Al muy magnífico y muy Rdo. señor y Padre mío el Padre Laínez, general de la Compañía del nombre de Jesú.

Alia manu. C. 1559. Almazán. Doctor Hanus medicus.

Sigilli vestigium.

1243

PATER CHRISTOPHORUS RODERICIUS

PATRI JACOBO LAINIO

AVENIONE 14 SEPTEMBRIS 1559 [1].

De sua in Germaniam missione.

†
Jhus. Muy Rdo. Padre nuestro en Christo. Pax Christi. Por topar este correo escribo tan breve [a], y en este papel, porque no se me da más lugar. Yo voy á Biena, como por otras he escrito, por la obediencia, y tanbién sabrá ya V. R. la causa [2]; y por eso en esta no tengo que dezir sino que, pues V. R. sabe quánto inporta, e yo soy tan necessitado, me haga encomendar al Señor. No faltan trabajos, así de camino y peligrosos, como de lutera-

[a] tanbre *ms.*

dedimus sub n. 1126. De filiabus autem, Lainii sororibus, diximus etiam in epist. 1092.

[8] Almazanum (Almazán).

[1] Ex apographo in antiquo tabulario romano. Est monumentum solutum, unico fol., nulla signatura notatum.

[2] De P. Christophori Rodericii Vindobonam missione, infra redibit sermo. Cf. interea *Sanctus Franciscus Borgia,* III, 522-523, 537, 540; Braunsberger, *B. Canisii epist.,* II, 505, 518.

nos. Spero en el Señor me librará de todos como hasta aquí. Ya he tenido vna refriega con tres luteranos que casi fué necesario [b] tractar con ellos: yo [c] por más que les dixe se estaban desatinados en su pestilencia luterana.

Nuestro Señor lo remedie por su infinita misericordia. Y porque no tengo más lugar, ceso. Nuestro Señor... De Aviñon, 14 de Setienbre de 1559.

De V. R. sieruo en el Señor,

† RODRIGUEZ [3].

Inscriptio. J†hs. Al muy R.do Padre nuestro en Christo el Padre M.e Laynez, general de la Compañía de Jesús, en Roma.

1244

EPISCOPUS LOTEVENSIS

PATRI JACOBO LAINIO

VENETIIS 16 SEPTEMBRIS 1559 [1].

De P. Ludovico Coudreto in dioecesim lotovensem mittendo.—De quadam Lainii suspicione dolet episcopus, eique satisfacere nititur.—Litteris Societatis communibus valde delectatur.

Molto Rdo. Padre mio osservandissimo, in Xpo. Riceuetti alli giorni passati la vostra molto amoreuole et affettionata lettera, et in vigor' et vertù di essa riscrissi a Lione, per dar' ordine di ottener' dal vostro M. Lodovico [2], che andasse a far alcune visite, sermoni, et altre opere, nel mio vescouado, sì come spero farà per sua bontà et per la obbedienza di V. R. P., del che ne hauerò grandissimo contento, et ne terrò obbligatione particolar' con V. R. P.

Del vostro M. Martino [3], che è qui, non ho inteso, nè intendo valermi più di quello che fosse di parer et piacer' vostro. Ben

---

b neç.° *ms.* —c *Non clare apparet an* yo *vel* pero *scriptum fuerit. Sensus in idem recidit.*

---

3 P. Christophorus Rodericius.

1 Ex archetypo in codice *Epist. episc.*, semifolio, n. 39, prius 75.

2 P. Ludovicus Coudretus. Vide epist. 1225, annot. 7.

3 Ibid., annot. 5.

mi è incresciuto et duole molto, che per causa mia la R. V. P. habbia hauto sospetto, che hauessimo hauuto qualche trattato insieme; auuengachè in questa faccenda non ci sia corso altro trattato alcuno, se non che a me, come molto curioso et desideroso per molte mie considerationi et rispetti di hauer' appresso di me, o vno italiano molto prattico della lingua et modi di Francia, o più toto un fransese, che habbia qualche notitia et prattica della lingua et costumi de Italia, et maxime di Roma; sì come tal mio desiderio è notissimo, mi parse consigliarmi con lui sopra di ciò. Nè da esso hebbi resolutione o promessa alcuna, se non che io ne douesse scriuer' a V. R. Ma pensando jo fra pochi giorni venir' in Roma a qualche bono effetto, et per honor' di Dio et benefitio del proximo, per andarmene poi in Francia per mare più commodamente, spero che a bocca la potrò meglio sodisfar'! Et in tanto, se altre posso o debbo far' per V. R. P., o che di qua habbia bisogno di libri, o cosa alcuna altra, auuisandome, mi trouerà promptissimo a farle cosa grata, et a tutta la vostra Compagnia.

Et alli giorni passati, hauendo hauto dal molto Rdo. et molto da bene monsignor della Trinità [4] vostro, alcuni bellissimi et santissimi auuisi di Roma dal nostro gentilissimo Mtro. Polanco, di molte belle et degne opere che è piaciuto al Signor Dio operar' per mezzo della vostra casa et Compagnia in Roma, a honor di esso Dio et benefitio di molte anime, ne ho sentito in verità grandissima consolatione, et fattone copia a molti per gloria del Signor, il qual sia sempre laudato et ringratiato, et si degni donarci vn bono et vero pontefice et pastore delle anime, secondo il cuor' suo. Et per non esser' tedioso molto, mi raccomando alle deuote orationi di cotesta vostra Compagnia, pregando Dio la agumenti [*sic*] di bene in meglio a gloria sua. Di Vinetia il 16 Settembre 1559.

Di V. R. P., come fratello minor' in Xpo.,

B. [del Bene] Vescouo de Lodeua, etc [5].

---

[4] Andreas Lippomanus, prior SSmae. Trinitatis, Societatis fautor, passim in Monumentis laudatus.

[5] Bernardus del Bene. Epist. cit., annot. 6.

Inscriptio. Al molto Rdo. M.° Laines, generale della Compagnia di Jesù, in Xpo. osseruandissimo. Roma. A Sta. Maria della Strada. Cito, cito.

1245

PATRI JOANNI GURREA

ROMA 16 SEPTEMBRIS 1559 [1].

Pontem, in Valle Tellina, se conferre jubetur, ut rerum dispositionem pro collegio instituendo, diligenter inspiciat.—De modo itineris conficiendi atque ibidem se gerendi edocetur.

Jesus. Pax X.i Receuemmo quelle de V. R. de 9 del presente, et circa il fratello Baltasar [2] si è scritto al P. Benedetto [3], prouincial de Lonbardia, et intessa la sua mente, se ucderà forsa de far qualche cambio, o uero la R. V. lo menarà seco doue dirò di sota.

Del altro Anibale [4] anche se a uera memoria, et micer Baltasar, sacerdote, abanti che intre la inuernata si mutarà.

È corso che nela Valtellina sottoposta ai grisoni, in vna terra de 800 fochi, chamata Ponte, il cauallero micer Antonio Quadrio [5] a donato certi beni suoi suficienti a fundar vn collegio, et per essere quelli paesse vichini a eretici serà il collegio come vn bestione contra loro. Si a inbitatto de Alemagna, doue lui sta, a mandar qualcuno per pillar il posseso di detti beni, in tanto che lui manda per la gente, con la quale si a de cominciare il colegio, et dicono estarà solamente vn messe in Ponte, et poi senne tornarà in Alemagna al seruitio del imperator [6]. Non conuiene lasar passar questa occasione, et per non esere persona alcuna de rricapito più uechina che la R. V. che posa andar là, N. P. si è [a]

[a] es *ms.*

[1] Ex regestis *Epist. Ital. 1559-1560,* pag. 92v.
[2] Balthasar Melo? Vide *Lainii Monum.,* III, 532.
[3] P. Benedictus Palmius.
[4] Cf. *Lainii Monum.,* III, 165, 451.
[5] Cf. *Bobadillae Monum.* passim.
[6] Ferdinandus I. Ad rem *Lainii Monum.,* III, 77, annot. 7.

resoluto de mandarli con la procura che qui ua per aceptar quelli beni in nome de la Compagnia nostra per vn colegio. Qui va la procura et vna littera per detto cauallero Quadrio, et vn altra per il curato di Ponte [7], il quale è vn bon seruo de Dio et molto devoto de la Compagnia nostra, et si non fose venutto ancora il cauallero Quadrio, V. R. lo espetarà en cassa de detto curato, o uero in Moruello [8], in cassa de micer Bernaldo [9], il quale è vn altro grande amico nostro. Quello che a de fare in detto loco è pillar come se è detto il posseso, ueder etiam la dispositione del loco et auisarchi distintamente del tutto, et in questo mezo che aspetarà risposta di Roma, procurarà far il fructo che si potrà in confesioni, et più in anzi, come Dio le inspirarà. Ma perchè la terra è piena de homini de mala dotrina, non uisognarà tratar de la reuelatione de sancta Brigida, o simili, de la quale facilmente si ridereuano; ma bisognarà tratar de dotrina solida, se si intrara en isortare. Sono anche bonissimi animi in quelli paesse, qualle hano gran carestia de persone catholice. La uia per andar là, è Como doue si entra in barca; et si fa per aqua gram parte del viage, et de cherti citadini da Como chamati Odescalchi, o uero de altri che potrano trouar per mano loro, auerà indirizo del suo viage. Credo etiam che el cauallero Quadrio pagarà tutte le espesse facte nel viage. V. R. adunche con la gratia de Idio si metta nella uia, quanto prima potrà, et micer Balthasar, o altro che si mandarà di Padua. Suplirano in questo mezo che torna la R. V., quale acompagne Dio N. S. et li sia guida et protectore et ogni bene. Amen.

De Roma li 16 di Settemhre 1559.

Inscriptio. Modena-Rettore.

---

[7] Marcus Antonius Quadrius. *Bobadillae Monum.*, 226, 227, etc.

[8] Morbegnum (Morbegno). Ibid., 246.

[9] Bernardus Odeschalcus. Ibid., 260.

1246

ARCHIEPISC. STRIGONIENSIS

PATRI JACOBO LAINIO

VINDOBONA 16 SEPTEMBRIS 1559 [1].

De collegii tirnaviensis fundatione.—Quae a sodalibus, illuc mittendis, praestari cupiat.

Rde. Pater, frater in Christo nobis honorande. Salutem. Cum animi nostri affectus semper is fuerit, vt reipublicae christianae et ecclesiae sanctae Dei, quantum in nobis est, proficere, eamque pro posse nostro promouere possimus, constituimus in ciuitate tyrnauiensi scholam, penes ecclesiam maiorem, quam nunc, capto per thurcas, fidei hostes saeuissimos, Strigonio, pro metropolitana ecclesia strigoniensi tenemus. Quam quidem scholam, partim munificentia sacrae caesareae maiestatis [2], Domini nostri clementissimi, intertenuimus, partim etiam ex eiusdem caesareae maiestatis concessione, prouentibus aliis dotauimus, annexione cuiusdam abbatiae Zeplak [3] vocatae. Cuius annuus reditus, praeter certa victualia quae annuatim proueniunt, circiter ad sexingentos vel septingentos florenos hungaricales in monetis sese extendit. Cum autem velimus eandem scholam per homines doctos et probos, et maxime ab ordine vestro, regi et gubernari, rogamus vos velitis decem personas Societatis vestrae, doctos viros, sacraeque theologiae professores designare et ad nos mittere, qui linguas vngaricam, germanicam et sclauonicam callerent, vel saltem qui eas linguas paulo post discere possent. Nationes enim harum linguarum hanc tyrnauiensium incolunt regionem. Ad manus autem illius quem vos ex dicto numero Societatis vestrae, scholae ipsi praeficietis, omnes prouentus praedictos et

---

[1] Ex archetypo in codice *Germ. 187*, ff. 176, 179, interpositis duabus epistolis incerti auctoris et originis.

[2] Ferdinandus I austriacus imperator.

[3] De abbatia szeplakiensi, deque ejus ad collegium Societatis appiicatione cf. BRAUNSBERGER, *B. Canisii epist.*, II, 647, annot. 1.

etiam alios accidentes administrari faciemus, qui partim in vsum collegii huius vestri, partim aliorum studiosorum tyrnauiensium conuerti debebunt, sicuti hac de re superioribus annis doctori Canisio, et nouissime doctori Joanni a Victoria, satis abunde loquuti sumus. Et quoniam in his partibus magnus est sacerdotum defectus et raritas, vellemus hanc rem hoc modo fieri, quod is qui ex Societate vestra scholae ipsi ordinarie praeesset et superintenderet, ex prouentibus scholae teneret sedecem, vel viginti, aut quot prouentus ipsi sufferre possent, adolescentes, hungaros, sclauos, et germanos in Hungaria natos, et tales qui sponte sua sacros ordines assumpturi essent, ad hocque se obligarent, vt postea assumptis ordinibus, possent ad ecclesias parochiales, ad plebem in religione sancta instituendam ac administranda ecclesiae sacramenta, mitti. Habebit praeterea schola ipsa alia etiam accidentia, ita vt si eos, quos petimus dederitis et miseritis, non diffidimus, quin si studia et officium suum inceperint, commoditates bonas habituri sint, et scholasticorum eorum numerus, qui plebi et ecclesiis inseruire possint, in dies augeatur. In hoc facturi estis rem piissimam, Deoque dignam, et quae futura sit ad aedificationem ecclesiarum hungaricarum, quae nunc haereticorum multitudine mirum in modum sunt labefactatae. Ad hoc expectamus citum bonumque responsum. Valete in Domino feliciter. Ex Vienna 16 die mensis Septembris. Anno Domini 1559 Vester,

Nicolaus Olahus, archiepiscopus strigoniensis, summus cancellarius — — — [a] scripsit manu propria.

Inscriptio. Rdo. Patri Dno. Mtro. Jacobo Laynecz, praeposito generali Societatis Jesu, Romae agenti, etc., fratri in Christo nobis honorando.

Sigilli vestigium.

---

[a] *Est hic verbum, quod interpretari non potuimus.*

1247

PATRI PASCHASIO BROËTO

ROMA 17 SEPTEMBRIS 1559 [1].

Sodales, hinc inde, Pamias missi.—Exorta nuper difficultas, claromontani episcopi domus commutationi.—Societatem Henricus II suo regno receperat.—Sociorum permutationes.—De libris haereticorum retinendis.—Turrianus doctor Romae aegrotans.

Jesus. Pax X.[i] Receuemo quelle de V. R. de primo de Agosto, et intendemo che aueua receuutto le nostre insino al Giugno [a]: dopoi spero avrà receuute altre, mandatte per uia de Leone; et forsa per letere del P. Peletario [2] saprà della aribatta sua a Pamiers, insieme con micer Pietro, sacerdote francesse [3], et Andrea coadiutor. Dopoi a li 25 de Agosto partì de Padua il Mtro. Emundo [4], insieme con Vincencho [5] scolare molto bono, et li fu datto vn caballo, che costò 14 escudi, et 25 escudi d' oro li mandamo di qua. De Milano chi escrisse che andaua bene la bolta de Leon, et ad questa ora ia debe star in Pamiers con lo adiutto diuino; et credo auerà escripto anche a la R. V. di Leon. Si qui andarano alcune lettere per el P. Pelitario [*sic*] o per lui, V. R. le facha auer.

A le precedenti de V. R. de primo et 2 de Llulio, et 2 de Junio, se è facta resposta a undechi de Lullio et 23 de Agosto, et però non acaderà tanto estendermi in quello che alora fu scripto.

La confirmatione del contrato che feche el Rmo. uescobo de Claramonte [6], trouandosi in siede bacante [7] non si he potuta espedire, se non per uia della penitencieria, ma non auiamo uo-

---

[a] Juno *ms.*

---

[1] Ex apographo in codice *Germ. Gall. Polon. 1559-1561,* ff. 38 et 39r. Mendis plurimis haec epistola foedatur, quae lector facile perpiciet.

[2] P. Joannes Pelletarius. Epist. 1234, annot. 2. [3] Ibid., annot. 6.

[4] P. Edmundus Augerius. Ibid., annot. 5.

[5] Vincentius, gallus, apud *Lainii Monum.,* III, 97.

[6] Gulielmus a Prato (du Prat), episc. claromontanus. Epist. 1234, annot. 14.

[7] Ob Pauli IV obitum, qui superiori mense acciderat. Epist. 1227.

lutto espendere denari en darlo, perchè chi dicono non ualer niente in Francia le espeditioni de la penitencieria. Como Dio N. S. chi darà um pontifice, procuraremo auer la detta confirmatione con la diligencia posiuile. Ma se paressi che la uita da monsegnor de Claramonte è tanto breue che non po espetar esta expedicione, pare se potria pillar un uerso, et è che S. Sria. Rma. donassi ad un homo degno de confidarsi ne quello che uole dare a la Compagnia, declarandoli esser talle la sua intincione, che come si possa siano apliccati li beni che così donarà per uso de la Compagnia: et questo si intende quando fossi uero quello che escriue micer Poncio [8], che non essendo aceptata la Compagnia in Francia, si perdereue ogni cosa che se li laxasi, il che no mi pare troppo uerisimile, pur di là se saprà mello. So etiam che la buena memoria del re Enrico [9] aceptò la Compagnia nostra diche che la sua mano [*sic*], et passò per il consello grande, et per il consello stretto, benchè non passasi per il parlamento di Parixi. Si questo a facto tutta la cosa imperfecta, non lo so. Seruirà questo di ricordo. Di là so che non mancarano de adiutarsi il mello che si potram.

Il portator di questa è nostro fratello Joanne Ribato, il qual se aceptò esendo la R. V. in Roma. È jouene molto da bene, et datto a pescar alteri, como lo a facto qua. Nele letere non mostra tropo talento; potrà pur andar inanzi nel studi, et anche farsi preti, quando parerà a la R. V. In loco del secondo scolare potria forsa andar de Uillion micer Nicolao Paradense, al qual si manda vn sucessore che è maestre Pietro Breton, sacerdote, et che ha gracia en predicare et legere, et si he cauato de Nola per tal efecto. A facto li egercitii qui con asai frutto, et esperamo in Dio serà vn bon subgetto. Li comenzò etiam Joanne Ribatto: li potrà finir di là, si par a la R. V. Quando li paresi che maestre Nicolao Paradense più presto douessi uenir a Roma, serà ben benutto.

In loco de maestre Alano non so si se potrà mandar alcuno,

---

[8] P. Pontius Cogordanus. Vide ipsius ad Lainium epist. sub n. 1221 positam.

[9] Henricus II, rex Galliae, morte paulo ante exstinctus. Cf. Ibid., annot. 12.

perchè anche di qua habiamo molto di far, maxime per cominciarse adesso vn gran corso, sotto vn mastro molto doto [10], et perchè se espera che farà anche li scolari [b] molto docti: se li daran credo più de 30 sumuliste deli nostri, molti di li quali sono adesso mastri en diuerse uande, de rethorica, o de humanità, et se qualcuno mandasino di là, altro [?] [c] de molto bon ingenio et expetacione, aberia asai commodità [d] de reuxir con le letere.

Il Mtro. Renato Fusdelier si manda a Saboia per adiutar al P. Ludouico [11], in modo che queste anno si son mandatti in Francia nella prouincia di V. R. molti boni supositi, et 8 de loro sacerdoti. Dio N. S. se serua molto di loro, como esperamo lo farà.

Per adesso se po retener quella bursa [12] per li respetti che V. R. escriue.

Le letere si condenarano quando si mandarano per corrier.

Per adesso pare potrano retener con bona conciencia li libri che li a lasiati li inquisitore.

De cose di qua di edificacione fu escripto a la R. V. questi dì passati.

Adesso non dirò altro si non chè nostro Padre et li altri de la cassa et colegio estiamo sani, in fora del doctor Torres [13], lector del collegio, il quale està assai infermo, pu[r] speramo che Dio N. S. le darà sanità.

Tutti ni [*sic*] raccomandiamo molto nelle oracione de V. R. et delli altri charissimi nostri fratelli. De Roma 17 de Settembre 1559.

Inscriptio. Paris. Prouincial.

---

[b] scolarari *ms.* —[c] *Obscure notatum in ms.* —[d] comunità *ms.*

---

[10] P. Franciscus Toletus. Epist. 1234, annot. 11.

[11] P. Ludovicus Coudretus. Ibid., anno. 12.

[12] Cf. Epist. 1221, annot. 29.

[13] P. Balthasar Turrianus, de quo videnda sunt quae apud *Lainii Monum.* diximus, II, 56, annot. 6.

1248

SIMON ALEOTUS, COADJ. EPISC. FOROLIV.

PATRI JACOBO LAINIO

FORO LIVII 17 SEPTEMBRIS 1559 [1].

Collegium floret.— Verbi Dei preconem petit, qui in templo maximo ad natalitia Domini festa rite celebranda civium animos praeparet.

Molto Rdo. Padre generale, in Xpo. dilettissimo. Sì come hauerà inteso, si renunciò alla scola per acquietar' tutti i contrarij [2], secondo era mente di V. R. P., nè per questo mancano scolari alli Padri dil collegio, che fra tutti tre li mastri hanno cento trenta scolari, et per gratia de nostro Signor Idio ogni cosa passa bene; et se hauessimo un' predicatore, tanto meglio saria. Però priego V. P. R. che si mandi un' di soi Padri, che habi bon talento di predicar', che me ne possi ualer' per la chiesa nostra cathedrale in questo aduento prossimo; et quanto più presto cel mandarà, tanto più sarà grato a tutti i deuoti della Compagnia, che lo desiderano. Et di gratia non si manchi, perchè alla parola sua, che ha dato a monsignor mio [3] di Forlì, son stato, che non ho fatto altra prouisione per il domo. Et questa non essendo per altro, farò fine, raccomandandomi a lei et alle orationi de tutti i fratelli. Da Forlì alli 17 de Settembre 1559.

Di V. R. P. come fratello,

Simone, Coadiutor' di Forlì.

Inscriptio. ✝ Al molto Rdo. Padre Laynez [generale] della Compagnia de [Giesù], come fratello oss.mo Roma.

Sigilli vestigium.

---

[1] Ex autographo, in codice *Epist. episcop.*, 2 ff., n. 40, prius 76, antiquitus 295.

[2] Cf. supra, epist. 1222.

[3] Petrus Joannes Aleotus, Simonis patruus. *Lainii Monum.*, II, 49, annot. 3; 50, annot. 6, et alibi saepe.

1249

PATER JOANNES BTA. BARMA

PATRI JACOBO LAINIO

CAESARAUGUSTA 20 SEPTEMBRIS 1559 [1].

Utrum P. Consalvius de Camara lusitani regis institutioni sit praeficiendus necne.—De ratione tenenda, in mutuo Societatis moderatorum, sibique subditorum, commercio.—Quaedam ab alumnis alterius religiosi ordinis Societati opponuntur.—De candidatis.—De P. Francisci Borgiae libris, a fidei quaesitorum tribunali prohibitis.

